

2 Catholic Church Pope

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

**BENEDICTI**

PAPÆ XIV.

**BULLARIUM.**

TOMUS QUARTUS,

*IN QUO CONTINENTUR CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ etc.  
EDITÆ AB INITIO ANNI XIII. PONTIFICATUS  
USQUE AD TOTUM PONTIFICATUS ANNUM XVII.*

---

*Volumen 12.*

CUM APPENDICIBUS.

---

EDITIO NOVA, SUMMO STUDIO CASTIGATA.



MECHLINIÆ,

Typis P.-J. HANICQ, typographi Celsiss. Domini *PRINCIPIS  
DE MEAN*, Archiepiscopi Mechliniensis.

*Superiorum permissu. — 1827.*

Q76.180

**Harvard College Library**  
Oct. 11, 1912  
Treas. Fund



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
**BENEDICTI PAPÆ XIV.**

ANNO  
 1756.

CONSTITUTIONES, EPISTOLÆ etc.

VERONENSIS

LVIII.

Episcopi Ordinaria privativa auctoritate in Civitatem universamque Diocesim Veronensem redintegrata, definitur jurisdictio, qua idem Episcopus in Capitulum, subjectasque tum ipsi, tum Monasterio S. Mariæ in Organis Veronen., Parochiales, ac simplices Ecclesias, et Personas earum servitio addictas, utatur.

**BENEDICTUS EPISCOPUS**

SERVUS, SERVORUM DEI.

*Ad perpétuam rei memoriam.*

**R**EGIS pacifici vices divinitus Nobis, licet im-  
 meritis, concreditas, non satis cumulate im-  
 plevisse videremur, si postquam perturbatum  
 Ecclesiarum regimen et administrationem pro

Processum.  
 Pontificis  
 provid. in

Tom. XII.

\* 3.

PONT. A. XVI. viribus componere studuimus, non ea quoque semina restinguere, noxiasque radices funditus extinguen-  
 dis di- efellere conaremur, ex quibus, cum anteactis  
 scordia- temporibus plura sæpe eruperint litium ac dis-  
 rum semi- cordiarum incommoda, jure meritoque perti-  
 nibus. mescendum est, ne futuris quoque temporibus, inimici hominis prævalente versutia, ejusdem generis prava germina in Dominici agri populationem succrescant.

Suppres-  
 sid Pa-  
 triarcha-  
 tus Aquilej.  
 nec non Uti-  
 nensis et Gorit. Archiep. erectio commemor.

§. 2. Quum itaque post Aquilejensis Patriarchatus omnimodam suppressionem et extinctionem, per Nos cohærenter ad ea, quæ inter Garissimam in Christo Filiam Nostram Mariam Theresiam Romanorum electam Imperatricem, Hungariæ et Bohemiæ Reginam, Austriæ Archiducem, ex una parte, dilectosque Filios Nobiles Viros Ducem et Rempublicam Venetiarum ex altera, feliciter conventa fuerant, conclusam peractamque per Nostras Apostolicas Litteras, Anno Incarnationis Dominicæ 1751. pridie nonas Julii, Pontificatus Nostri Anno XI. datas, quarum initium est *Injuncta Nobis*; quibusque etiam ex tunc decreta et statuta fuit duorum Archiepiscopatum Utinensis et Goritiensis erectio, cum respectiva Diocesum, Provinciarum, et Suffraganeorum assignatione, peculiariter deinceps ordinanda; subinde per alias Nostras Apostolicas Litteras datas Anno ejusdem Incarnationis 1752. xiv.

Extant ante vol. 9. pag. 41.

Relatæ sunt vol. 10. pag. 94.

Novæ Pontific. provid. subjectum Capitulum Veron. et Mon. S. Ecclesiæ Capitulum et Canonicos, nec non Eccl. Mariæ in

Kal. Februarii, Pontificatus Nostri Anno XIII. quibus initium est: *Suprema dispositione*, Archiep. Eccl. Utinensis erectionem, cum omnibus ad ipsius statum et mensam, jura, atque jurisdictionem tam Diocesanam, quam etiam Metropolitanam, pertinentibus, plenius et uberiorius compleverimus; animo repetentes innumera litium et controversiarum capita, quibus Ecclesia Veronensis sæpe turbata fuit, propter eam jurisdictionis partem, qua olim existentes Patriarchæ Aquilejenses in ipsius Veronensis Ecclesiæ Capitulum et Canonicos, nec non Eccl. Mariæ in



dentes, sicut etiam in Monasterium S. Mariæ **ANNO**  
*in Organis* nuncupatæ, Ordinis S. Benedicti, **1756.**  
 Congregationis Montis Oliveti, in eadem Vero, **Organis**  
 nensi Civitate existens, ejusque similiter de- **eorumque**  
 pendentias, fruebantur; scientesque hujusmodi **depen-**  
 controversiis et litibus penitus extinguendis et **dentia.**

in futurum tempus præcavendis, per iteratas  
 concordia, lauda, et transactiones inter Episco-  
 pos Veronenses, ejusque Ecclesiæ Capitulum  
 et Canonicos, seu etiam præfati Monasterii  
 Abbates, diversis temporibus initas, nunquam  
 satis prospectum fuisse; ad eas aliquando com-  
 pescendas, earumque occasiones omnino de  
 medio tollendas, prædictorum etiam nobilium  
 Virorum Ducis et Reipublicæ Venetiarum piis  
 et laudabilibus votis hac in parte libenter obse-  
 cundantes, Nobis proposuimus, quum primùm  
 asserta partium jura discuti potuissent, oppor-  
 tunam rebus perpetuò componendis adhibere  
 providentiam, suum tamen effectum et execu-  
 tionem habituram duntaxat post obitum Dilecti  
 Filii Nostri Daniëlis Tituli Sanctæ Mariæ supra  
 Minervam S. R. E. Presbyteri Cardinalis Patriar-  
 chæ Delphini nuncupati, cui pristinam circa  
 præmissa in Civitate et Diœcesi Veronensi ju-  
 risdictionem, ejusque exercitium, vita ejus na-  
 turali durante, integrum, et liberum, ut an-  
 tea manere voluimus. Nunc itaque, postquam  
 innumera documenta à prædictis partibus ex-  
 hibita, copiosasque allegationes pro eorum re-  
 spectivè juribus tuendis elaboratas, diligenti et  
 maturo examine perpendimus, supremam operi  
 manum imponere, et opportunas circa eadem  
 præmissa leges et ordinationes edere delibera-  
 vimus.

Suspensa  
 exequit.  
 Litterar.  
 Apostol.  
 durante  
 vita Card.  
 Delphini.

§. 3. Itaque motu proprio, et ex certa scien- **Expressio**  
 tia, ac de Apostolicæ auctoritatis plenitudine, **quorumd.**  
 per hanc Nostram perpetuò valituram Cõsti- **locorum,**  
 tutionem (cujus tamen effectum, durante vita **ad quæ**  
 præfati Daniëlis Cardinalis et Patriarchæ, sus- **inferius**  
 pensum, ut supra, fore decernimus; et sub **disposita**  
 cujus dispositione nec Monasterium, Abbatiam **non por-**  
 riguntur.

**POST.** nuncupatum; S. Zenonis; ejusque dependentias,  
**A. XVI.** in eadem Veronensi Civitate seu Diœcesi existens,  
 et respectivè existentes, dictique Monasterii Ab-  
 batem Commendatarium, nullo modo compre-  
 hendere intendimus; sicuti etiam Ecclesiâs et  
 pia loca Veronensi Capitulo quidem subjecta,  
 sed extra Veronensis Diœcesis fines, inter alia-  
 rum Diœcesum ambitum constituta, si quæ sint,  
 nequaquam comprehensa fore declaramus), om-  
 nes et singulas lites, causas, et controversias,  
 cujusvis generis, in quibusvis Tribunalibus,  
 seu coram quibusvis Judicibus in quacumque  
 instantia, inter Ven. Fratrem Episcopum Ve-  
 ronensem ex una, et dilectos filios Veronensis  
 Ecclesiæ Capitulum, Archipresbyterum, et Ca-  
 nonicos, seu etiam præfatum Monasterium S.  
 Mariæ in Organis nuncupatæ, illiusque Abba-  
 tem, et Conventum, ex altera partibus, in-  
 troducitas, contestatas, atque pendentes (qua-  
 rum status et merita, et alia quæcumque,  
 etiam de necessitate juris vel facti omnino ex-  
 primenda, pro plenè et sufficienter expressis  
 haberi volumus) ad Nos avocamus, penitus-  
 que et omninò suppressimus et extinguimus,  
 perpetuumque desuper silentium partibus im-  
 ponimus, atque os ocludimus. Insuper omnia  
 et singula cujusvis generis Indulta, gratias, et  
 Privilegia præfatis Episcopo et Ecclesiæ Vero-  
 nensi, nec non Capitulo, Archipresbytero, et  
 Canonicis, ac etiam Monasterio et Abbatibus  
 prædictis, quavis, etiam Apostolica Romano-  
 rum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, et  
 Nostra, seu Patriarchali Aquilejensis olim exi-  
 stentis Ecclesiæ Præsulum, aut respectivè Epi-  
 scopali Veronensium Antistitum, concessione et  
 auctoritate sub quibuscumque tenoribus et for-  
 mis, et cum quibusvis clausulis, quocumque  
 tempore et quavis de causa, seu titulo, etiam  
 oneroso, largita, et emanata, ac sæpiùs et ite-  
 rùm, etiam in Generalibus, Provincialibus, ac  
 Synodalibus Conciliis approbata, confirmata,  
 et innovata; transactiones quoque, lauda, et  
 concordias

**Avocatio**  
 et sup-  
 pressio  
 quarum-  
 cumque  
 litium.

**Amplis-**  
 simaque  
 derogatio  
 Jurium,  
 ac titul.  
 quæ infe-  
 riùs sta-  
 tuendis  
 adversen-  
 tur.

ANNO  
1756.

concordias, etiam juramento, aut speciali confirmatione Apostolica, seu longi et immemorabilis temporis usu et consuetudine, aut quavis firmitate alia roboratas (quorum et quarum tenores pro hinc satis expressis, ac etiam de verbo ad verbum insertis, formasque in illis traditas pro plenè observatis, haberi decernimus) quatenus tamen præsentibus litteris, seu alicui ex iis, quæ per easdem præsentibus inferius statuere ac disponere intendimus, quoquo modo adversentur, prædicta auctoritatis Nostræ plenitudine, revocamus, cassamus, et abolemus; omnesque alios, et quoslibet juris titulos, tam per Episcopum, quam per Capitulum, Archiepiscopum et Canonicos, seu Monasterium et Abbates prædictos, siye ex præmissis, siye etiam ex juribus præfati Aquilejensis Patriarchatus per Nos, ut præfertur; suppressi et extincti, adversus eadem inferius per Nos statuenda et ordinanda forsitan deducendos, et allegandos, rejicimus, ac de medio tollimus per præsentibus.

§. 4. Iisdemque motu, scientiâ, et potestatis plenitudine, volumus, decernimus, et declaramus præfatum Episcopum Veronensem pro tempore existentem, solum et unicum immediatum et universalem Ordinarium esse, et haberi in tota Veronensi Civitate et Diœcesi, et in quacumque ipsius Civitatis atque Diœcesis parte, et uti talem ab omnibus et singulis reputari, agnosci, et honorari debere; ita ut neque futurus et pro tempore existens Archiepiscopus Utinensis, etiam sub obtentu jurium præfati Aquilejensis Patriarchatus per Nos, ut præfertur, suppressi et extincti, neque Archiepiscopus, et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Veronensis, neque Abbas et Conventus præfati Monasterii S. Mariæ in Organis nuncupatæ, ullum Titulum, seu Jus Ordinarium in aliquam præfate Veronensis Civitatis aut Diœcesis partem, vel in aliquam ipsius Civitatis atque Diœcesis Parochiam in posterum sibi arrogare, aut prætereundere nec ullum Episcopalis, seu quasi,

Veron.  
Archiep.  
privativè  
ad quos-  
cumque,  
Ordinarii  
jura et  
auctoritas  
in Civitate  
et  
Diœces.  
Veronen-  
asseruntur.

PONT. et Ordinariæ jurisdictionis actum in ejusdem  
A. XVI. Diocesis aut Paræciæ Clerum et Populum exer-  
cere possint aut valeant.

Jus Me- §. 5. Salvo dumtaxat, et reservato favore  
trop. Ar- prædicti Utinensis Archiepiscopi pro tempore  
chiep. Uti- existentis Jure Metropolitico, ejusque exercitio  
nensi in dicta Veronensi Civitate et Diocesi ad for-  
præserva- mam Sacrorum Canonum; et juxta methodum  
tur. atque rationem, qua alii Archiepiscopi, et Me-  
tropolitani, hujusmodi jus exercere valent in  
suffraganeorum Civitatibus et Diocesisibus, se-  
cundum ea, quæ in Sacro Tridentino Concilio  
præscripta sunt, et non aliter, nec alio modo.

Necnon §. 6. Et salvis insuper ac præservatis favore  
exemptio, Archipresbyteri, aliarumque Dignitatum, atque  
et privil. Capituli dictæ Veronensis Cathedralis Ecclesiæ,  
Capituli nec non Abbatis et Monasterii S. Mariæ in  
et Monast. *Organis* nuncupatæ, infrascriptis Privilegiis,  
S. Mariæ exemptionibus, et Prærogatiis; quas Nos in  
in *Organis* posterum ipsis, juxta modum mox exprimendum,  
Veronen. competere volumus, ac respectivè iisdem de  
sub certa Apostolica liberalitate perpetuò concedimus et  
tamen moderat. elargimur.

mox sub- §. 7. Poterit itaque Episcopus Veronensis,  
jicienda. vel potius debet, quotiescumque opus fuerit,  
Jus Ve- visitare Capitulum dictæ Cathedralis Ecclesiæ,  
ronensis singularesque Personas Dignitates in ea obti-  
Episc. vi- nentes, ipsiusque Ecclesiæ Canonicos, ac infe-  
sita di, riorem Clerum, et omnes ejusdem Ecclesiæ Mi-  
et corrig. nistros, eiquè quomodolibet inservientes; atque  
Capitul. eos omnes et singulos, in actu visitationis hu-  
omnesque jusmodi, vel per se ipsum solum, vel illis,  
Ecclesiæ quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta prælau-  
Ministros dati Concilii Tridentini Decretum in *Cap. 3. et 4.*  
*Sess. 6. de Reform.* admonere, corrigere, et  
emendare.

Extra §. 8. At ubi idem Episcopus, extra Visita-  
Visitatio- tionis actum procedere velit contra aliquem  
nem quo- ex Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ, seu ex  
modo his, qui Dignitates in ea obtinent et pro tem-  
idem procedat contra Cano-  
cedat con- nicos vel  
tra Cano- nicos vel  
nicos vel Dignitat. ad petitionem Partis; tunc, habita ratione Pri-

ANNO  
1756.

vilegiarum exemptionis, quæ retroactis temporibus eidem Veronensi Capitulo concessa fuerunt, teneatur in omnibus et per omnia procedere ad formam in eodem Concilio Tridentino præscriptam *Cap. 6. Sess. 25. de Reform.*, dummodo tamen Capitulum idem infra terminum xx. dierum, postquam præsentium litterarum executioni locus factus fuerit, ac subinde initio cujusque anni, duos Adjunctos, prout a præfato Concilio dicto *Cap. 6.* exemptis Cathedralium Ecclesiarum Capitulis conceditur, elegerit, et Episcopo significaverit. Quod si Capitulum præscripto tempore hujusmodi adjunctorum electionem facere, et Episcopo significare neglexerit; tunc liceat eidem Episcopo adversus Dignitates et Canonicos, quoties ita res ferent, etiam extra Visitationem procedere, vel per se ipsum solum, vel aliis adjunctis, qui sibi magis videbuntur, in eum finem assumptis.

§. 9. Cathedralis autem Ecclesiæ regimen, quoad ea, quæ spectant ad Divina Officia, et ad observantiam Ecclesiasticæ Disciplinæ in eadem Ecclesia, ad Episcopum et ad Capitulum cumulativè pertineat; ita tamen ut Episcopi mandata, et ordinationes, in casu oppositionis et discrepantiæ, omnino prævalere debeant, et promptam executionem sortiantur.

Cathedr.  
regimen  
in quibus  
commune  
sit Episc.  
cum Ca-  
pitulo.

§. 10. Sacrarum verò, ac Suppellectilium, et Campanarum, omniumque aliarum rerum ad Fabricam, et ad materiale ejusdem Cathedralis Ecclesiæ statum quoquo modo pertinentium, administratio et dispositio, ad solum spectet Episcopum cui etiam unice subjecti esse debent Sacrista, et *Zaghi* nuncupati, nec non Campanarum pulsatores, in omnibus et per omnia, præterquam in iis rebus, in quibus juxta Ordinationes anno 1615. a bon. mem. Augustino Card. Valerio, tunc Veronensis Ecclesiæ Præsule, et ab ejusdem Ecclesiæ Capitulo conjunctim editas, quas, etiam in posterum hac

In quibus  
Episcopo  
privati-  
vum.

PONT. in parte servandas decernimus, cumulativæ  
A. XVI. auctoritati Episcopi, et Capituli subjecti fuerunt.

Mensæ §. 11. Bonorum autem atque reddituum ad  
Capitul. mensam Capitularem spectantium omnimoda et  
adv.in. libera administratio ad Capitulum privativè  
privativa pertineat. Quo verò ad Thesaurarium, serven-  
Capituli. tur ea, quæ in erectione hujusmodi Thesaura-  
riatus Officii disposita fuerunt; ut scilicet The-

Thesaur. saurarius, in iis, quæ spectant ad ipsius Of-  
in quibus ficiam, et ad exercitium Divini cultus intra  
Episcopo, Ecclesiam, Archipresbytero subjectus esse de-  
vel Ar- beat, eique obtemperare; de expensis autem,  
chiep. sit et administratione reddituum, Episcopo soli  
subjectus. rationem reddat, et, si culpabilis in his reper-  
tus fuerit, ab eo dumtaxat corrigendus sit, et  
pro modo culpæ puniendus.

Acoly- §. 12. Alia verò mensa, *Acolythorum* nuncu-  
thor. men- pata, per unum ex Canonicis a Capitulo pro  
sa a quo tempore deputatum, ut haetenus servatum  
admini- fuit, gubernari et administrari debet; ea  
stranda, tamen lege, ut Canonicus ille administrati-  
quibusve nis suæ rationes tam Episcopo, quàm Capitulo  
reddenda reddere teneatur, et si quid fortè deliquerit,  
admini- ab utroque pro merito puniri possit; ita ut  
strationis ratio. inter eos locus sit præventioni.

Acolythi, §. 13. Hujusmodi autem Acolythorum electio  
magistri ad Episcopum et ad Capitulum alternis vicibus,  
Cautus et ut antea, ita et in posterum pertinebit; sed eo-  
Gramma- rum magistri tam in Grammatica, quàm in Cantu  
ticæ ipsi- Ecclesiastico, prout etiam Cantores, ab Episcopo  
que Can- et Capitulo eligentur, ea planè servata methodo,  
tores, quæ antehac in similibus electionibus obtinuit,  
quomodo eligendi. §. 14. Integrum erit Archipresbytero, Digni-

Privileg. tatibus, et Canonicis, tam in solemnibus, quàm  
Canonic. in privata Missarum celebratione, in Cathedrali  
utendi Ecclesia, et extra eam, Palmula, seu *Buggia*  
*Buggia*. liberè uti, ad formam specialis Indulti eisdem  
a Nobis concessi per Litteras Apostolicas in  
forma Brevis datas die 19. Januarii anno 1749.

Onus Ca- §. 15. Synodo Diocesanæ interesse tenebitur  
pituli et Capitulum Cathedralis Ecclesiæ. Episcopo autem  
Canonic. Pontificalia exercenti, tam intra, quàm extra eam.

dem Cathedralē Ecclesiam, dummodo intra Civitatem, duo ex Canonicis assistentiam præstare debebunt. Qui verò Canonici Episcopo sacram Visitationem peragenti operam suam navabunt; Præbendæ quidem fructus, non autem distributiones quotidianas lucrabuntur.

§. 16. Augustissimæ Eucharistiæ expositionem, quæ statis per annum temporibus, quadraginta horarum spatio, in dicta Cathedrali Ecclesia fieri solet; sicuti etiam distributionem Eleëmōsynarum, quæ in eadem Ecclesia Cathedrali colliguntur, solus semper Episcopus arbitrio suo moderabitur:

§. 17. Excepta Archipresbyteratus Dignitate, quæ prima post Pontificalem in dicta Veronensi Ecclesia esse dignoscitur, atque idcirco Nostræ et Apostolicæ Sedis dispositioni, collationi, et provisioni semper et quodcumque reservata esse et censi debet; reliquæ duæ; nimirum Præpositura, quæ secunda, ac Thesaurariatus, quæ tertia in eadem Ecclesia Dignitates existunt, de Jure Patronatus Ecclesiastico ejusdem Capituli, ut hactenus fuerunt, ita etiam in posterum remanere debebunt, et ad illas nominationem seu præsentationem personarum idonearum, in eis ad nominationem seu præsentationem hujusmodi per Episcopum instituendarum, ad dictum Capitulum pertinebit. Ità pariter Capitulum in sua antiquissima et immemorabili possessione permanebit, conferendi videlicet in mensibus Apostolicæ Sedi non reservatis, aliisque cessantibus Apostolicis reservationibus et affectionibus; tam ipsius Cathedralis Ecclesiæ Canonicatus et Præbendas, quam cætera omnia Ecclesiastica Beneficia, et Cappellanas, quibus animarum cura adnexa non sit, in eadem Cathedrali Ecclesia, et extra eam consistentia, quæ tamen, juxta ultimum statum, ad ipsius Capituli collationem, et provisionem pertinere dignoscantur.

§. 18. Ad Theologalem Præbendam et Canonicatum, quoties illum et illam pro tempore

ANNO  
1756.

quoad Synodum

Ditecesanam, et

assistent. Episcopo præstaud.

Expositio Euchar.

nec non eleëm. distribut.

Episcopi arbitrio præservatur.

Dignitates Ecclesiæ Veron.

quomodo providendæ.

Capituli

quoad Collat.

Canonic. aliorumq. Benefic. quibus cura animar. non adhæreat.

Capituli

quoad Collat.

Canonic. aliorumq. Benefic. quibus cura animar. non adhæreat.

Capituli

quoad Collat.

Canonic. aliorumq. Benefic. quibus cura animar. non adhæreat.

Capituli

quoad Collat.

Canonic. aliorumq. Benefic. quibus cura animar. non adhæreat.

Capituli

quoad Collat.

Canonic. aliorumq. Benefic. quibus cura animar. non adhæreat.

PRONT. vacare contigerit, Episcopus quidem duos  
 A. XVI. proponet et nominabit, Capitulum verò ex  
 et Præ- his duobus nominatis unum eligere debèbit,  
 benda de hujusmodi Canonicatu et Præbenda provi-  
 quomodo dendum, quemadmodum hucusque servatum  
 provid. fuit.

Forma  
 providen-  
 di Paro-  
 chiales  
 aliaque  
 Curata  
 Beneficia  
 ad Colla-  
 tionem  
 Capituli  
 spectantia

§. 19. Quod autem spectat ad infrascriptas  
 Parochiales Ecclesias eidem Capitulo subjectas,  
 et alia, si quæ sint, Ecclesiastica Beneficia,  
 quibus adnexa sit animarum cura, quæque,  
 juxta ultimum statum, ad ipsius Capituli col-  
 lationem pertinere dignoscantur, quoties, et  
 quocumque anni mense, illas et illa vacare  
 continget, toties ab Episcopo deputandus erit  
 Oeconomus ad eorum temporariam administra-  
 tionem et curam, et ab eodem Episcopo pu-  
 blicanda erunt edicta pro concursu habendo,  
 adhibitis Examinatoribus Synodalibus, juxta De-  
 cretum sæpèdicti Concilii Tridentini *Sess. 24.  
 Cap. 18. de Reform.* Hoc tamen servato, ut si  
 vacatio in mense Capitulari contigerit, absoluto  
 examine, Episcopus duos eligat ex iis, qui a  
 prædictis Examinatoribus approbati fuerint,  
 eosque significet Capitulo, cui libera erit fa-  
 cultas conferendi Ecclesiam, seu Beneficium  
 curatum vel uni vel alteri ex his duobus, et  
 supra approbatis et præelectis. Quod si Exa-  
 minatores unum tantummodo sententiis suis  
 approbaverint, huic uni, ab Episcopo nomi-  
 nando, collatio seu deputatio per Capitulum  
 concedenda erit.

Catalo-  
 gus hujus-  
 modi Pa-  
 roch. Ec-  
 clesiar.

§. 20. Ecclesiæ autem Curatæ seu Parochia-  
 les, prædicto Cap. Veronensi subjectæ, de qui-  
 bus præmissa Decreta intelligenda sunt, sequen-  
 tes dumtaxat, et non aliæ sunt et censeri de-  
 bent: nimirum I. Ecclesia Archipresbyteralis  
 Sancti Joannis in Valle. II. Ecclesia similiter  
 Archipresbyteralis Sancti Pauli in Campo Mar-  
 tio. III. Ecclesia pariter Archipresbyteralis S.  
 Joannis in Quintiano. IV. Ecclesia Parochialis  
 Sancti Joannis in Fonte nuncupati. V. Item Ec-  
 clesia Parochialis Sancti Clementis. VI. Ecclesia



Parochialis Sanctæ Cæcilie. VII. Parochialis Ecclesia Sanctæ Mariæ Consolatricis nuncupatæ. VIII. Ecclesia pariter Parochialis Sanctorum Firmi et Rustici in Curte Alta. IX. Item Ecclesia Parochialis Sancti Michaëlis in Campo nuncupati, cui adnexum est Monialium Monasterium eidem Capitulo Veronensi subjectum. X. Ecclesia Parochialis Omnium Sanctorum in loco Mazzani. XI. Denique Ecclesia Parochialis Sanctæ Mariæ in Cinto Territorii Patavini, si tamen in Veronensi Diœcesi sita comperiat; alioquin si in Patavina Diœcesi constituta sit, eam sub præsentis Constitutionis Nostræ censura, juxta id, quod initio declaravimus, nequaquam comprehensam volumus.

ANNO  
1756.

§. 21. De Ecclesia autem, sive Cappella Sancti Georgii in Domo nuncupati, quæ etiam Sanctæ Helenæ nunc temporis appellatur, præfata Cathedrali Ecclesiæ contigua, sine peculiari tamen Turri Campanaria, et sine Campanis, quamvis novissimè sub annum 1740. a Patriarcha Aquilejensi in Parochiam specialem Canoniorum dictæ Cathedralis Ecclesiæ erecta fuerit, volumus, decernimus, atque statuimus, ut ea deinceps pro Parochiali Ecclesia nullatenus habeatur; Nos enim, dicta Apostolica auctoritate, ac earundem præsentium tenore, omnem in ea Parochialitatis titulum, qualitatem, et denominationem supprimimus et extinguimus, atque omnia Parochialia jura ab ea separamus et abdicamus, eamque in pristinum statum, in quo ante præfatam erectionem in Parochialem reperiebatur, reducimus et revocamus; ita ut unusquisque ex Canonicis dictæ Cathedralis Ecclesiæ, ac Dignitates in ea obtinentibus, qui sparsim per Civitatem sua quique domicilia incolunt, illam tantummodo Ecclesiam, et non aliam in propriam respectivè Parochiam agnoscere teneantur, in cujus districtu singuli domicilium habent. In præfata autem Ecclesia sive Cappella retineatur dumtaxat Fons

Ecclesia  
S. Georgii  
in domo,  
seu S. Helenæ,  
ademptis  
Paroch.  
jure ac titulo,  
ad  
pristinum  
statum  
restituitur.

**PONT. A. XVI.** Baptismalis, quemadmodum a vetustissimis temporibus inibi extitisse dignoscitur.

**Ecclesiæ** . §. 22. At præter memoratas Parochiales Ecclesias eidem insuper Capitulo subjectæ sunt, ac pro subjectis in posterum haberi debebunt infrascriptæ etiam Ecclesiæ, sive Cappellæ, aut Oratoria, seu Hospitalia, quibus adnexa non est animarum cura, et non aliæ, seu alia: videlicet I. Ecclesia præfata sive Cappella Sancti Geörgii in Domo, nunc etiam Sanctæ Helenæ nuncupata, prædictæ Cathedrali Ecclesiæ contigua; quam scilicet, quum jam inde a primæva sua antiquissima fundatione sub protectione tunc existentis Patriarchæ Aquilejensis constitutam et receptam fuisse constet; Nos nunc, attentâ hujusmodi Patriarchatus suppressione et extinctione per Nos, - ut præfertur; facta, sub immediata Nostra et Apostolicæ Sedis protectione suscipimus, ac perpetuò constituimus; volentes nihilominus, ut temporalium bonorum atque reddituum, quæ ad ipsam Ecclesiam sive Cappellam pertinent, et pertinebunt in posterum, omnimoda administratio, per dictæ Cathedralis Ecclesiæ Capitulum et Canonicos, absque ulla Episcopi Veronensis, seu alterius cujusque Ordinarii, aut Metropolitanæ ingerentia, liberè geratur et exerçatur. II. Ecclesia Sancti Pauli Vetuli nuncupati juxta ripam Athesis. III. Ecclesia S. Blasii in Districtu præfate Parochiæ S. Clementis. IV. Eccl. Sancti Faustini de Monte Draconis: In quibus quatuor Ecclesiis adsunt quædam Beneficia simplicia, ad collationem seu institutionem ejusdem Capituli pro tempore providenda. V. Ecclesia seu Hospitale S. Mariæ Novellæ nuncupatæ, prope Canonicam. VI. Ecclesia, seu Hospitale Sancti Joannis in Sacco nuncupat. sub prædicta Parochia S. Pauli in Campo Martio. VII. Ecclesia seu Hospitale S. Jacobi de Gallæcia nuncupati, sub eadem Parochia S. Pauli: Quæ quidem tria Hospitalia a Laicis reguntur et administrantur: prædicto autem S. Joannis in Sacco dumtaxat, quatuor

ANNO  
1756.

præsident Commissarii, a pro tempore existente Marchione Familiæ illorum de Malaspina Fundatorum deputati, videlicet unus ex Canonicis præfatæ Cathedralis Ecclesiæ, ac tres Regularium Conventuum Superiores. VIII. Ecclesia seu Oratorium sub titulo S. Rochi, vel S. Alexandri, sub Parochia S. Joannis de Quintiano. Hæc autem Ecclesia, seu Oratorium, aliàs, ut accepimus, a præfatis Capitulo et Canonicis concessa fuit Communi Civitatis Veronensis; quod quidem Commune ad Beneficium simplex in ea erectum, quoties illud vacare contingit, unum Clericum seu Presbyterum præsentat Capitulo, a quo idem per suas Bullas instituitur, et de eo providetur. IX. Ecclesia seu Oratorium, Sepulchrum S. Rochetti in Monte nuncupatum, quod simplex est Eremitorium nullo Ecclesiastico Beneficio decoratum. X. Denique Ecclesia seu Oratorium S. Valentini prope dictam Parochialem Ecclesiam de Quintiano, in quo nullum pariter Ecclesiasticum Beneficium erectum reperitur, sed a pio Laicorum sodalities Divina Officia in eo persolvuntur.

§. 23. Has omnes Ecclesias, tam Parochiales, quam non Parochiales, Cappellas, Oratoria, seu Eremitoria, quas, et quæ hactenus propriis invocationibus atque denominationibus expressimus, et non alias, seu alia poterit Capitulum per Visitatores a se deputatos, qui tamen prius ab Episcopo pro tempore approbati sint, visitandas curare, non ita tamen, ut vetitum sit Episcopo, illas et illa, quantumvis Capitulo, ut præfertur, subjectas atque subjecta, seorsum visitare, tam per se ipsum, quam, si ipse impeditus fuerit, per alios Visitatores a se deputatos, servata videlicet in omnibus præfati Tridentini Concilii sanctione *in Cap. 3. Sess. 24. de Reform.* prout etiam aliàs definitum fuit a Congregatione Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum, in causa *Veronen. proposita et decisa die 24. Aprilis anni 1595.* Id quod potissimum obtinere et servari debet in visitatione

Has omnes tam curatas, quam non curatas Ecclesias visitare potest Capitulum per suos Deputat. salvis tamen juri- bus Episcopalis visitationis.

PONT. eorum omnium, quæ animarum curam, ejus-  
 A. XVI. que exercitium, et Sacramentorum administra-  
 tionem concernunt; circa quæ, si aliqua fortè  
 in decretis, ordinationibus, et mandatis discre-  
 pantia occurrat, volumus, statuimus, et decla-  
 ramus, potiora semper haberi ea, quæ Episco-  
 pus decreverit, jusserit, atque præscripserit :  
 juxta ea, quæ Nos ipsi aliàs decrevimus in No-  
 stra Constitutione, quæ incipit : *Firmandis*,  
 data VIII. Idus Novembris 1744. et impressa in  
 Bullarii Nostri Tom. I. num. 109. (*Huj. Edit.*  
*vol. 2. pag. 441.*)

Confes-  
 sarii et  
 Vicarii  
 curati in  
 hujusmo-  
 di Eccl.  
 quomodo  
 assumen-  
 di, quo-  
 mod. iti-  
 dem et  
 Concion.

§. 24. Confessarii, et Parochorum adjutores  
 in exercitio curæ animarum, per Capitulum  
 assumpti, aut assumendi pro dictarum Eccle-  
 siarum Parochialium eidem Capitulo subjecta-  
 rum servitio, ab Episcopo antea examinandi et  
 approbandi erunt. Neque verò cuiquam licebit  
 in præfatis, sive Parochialibus, sive non Pa-  
 rochialibus Ecclesiis, Verbum Dei prædicare,  
 nisi priùs, et mandatum a Capitulo habuerit,  
 et Benedictionem ab Episcopo petierit atque ob-  
 tinuerit.

Jura et  
 Auctori-  
 tas Episc.  
 et Capi-  
 tuli in  
 Mon. Mo-  
 nial. ad-  
 nexum  
 Paroch.  
 S. Mich.  
 in Campo.

§. 25. Quod autem pertinet ad Monasterium  
 Monialium, quod, uti superius innuimus, ad-  
 nexum est præfatæ Ecclesiæ Parochiali S. Mi-  
 chaëlis in Campo nuncupati, eidem Capitulo  
 Veronensi subjectæ; poterunt quidem Mona-  
 sterium hujusmodi, ejusque Moniales, ab Ar-  
 chipresbytero et Capitulo visitari; servata ta-  
 men, quoad modum, et tempus visitationis, et  
 quoad Visitorum numerum, forma præscripta  
 per fel. record. Prædecessorem Nostrum Alexan-  
 drum Papam VII. in sua Constitutione, quæ  
 incipit : *Felici*, impressa, in *Bullar. novo Tom.*  
*6. inter Constitutiones ejusdem Pontificis n. 153*,  
 qua scilicet opportunas leges, in visitationibus  
 Monasteriorum Monialium Regularibus subje-  
 ctarum servandas, præscripsit. Sed non ideo  
 interdictum erit Episcopo, quo minus et ipse  
 seorsim idem Monasterium ejusque Moniales vi-  
 sitet, prout in dicta Alexandri Prædecessoris

Constitutione decretum legitur; et omnem aliam jurisdictionem in hujusmodi Monasterium atque Moniales liberè exerceat, quæcumque, in vim Decretorum Concilii Tridentini, nec non notissimæ Constitutionis piæ memor. Prædecessoris pariter Nostri Gregorii Papæ XV., cujus initium est *Inscrutabili*, aliarumque Apostolicarum Constitutionum, Episcopo Diocesano competit in Monasteria Monialium, etiam Regularibus et Exemptis subjectarum. Quocirca nemini licebit munus Confessarii Ordinarii, aut Extraordinarii earundem Monialium assumere et exercere, quamvis ad id a Capitulo deputatus sit, nisi antea ab eodem Episcopo pro Monialibus specialiter approbatus fuerit, Licentiæ quoque ingrediendi Monasterium, aut alloquendi prædictas Moniales, nemini suffragabuntur, nisi eadem non solum ab Archipresbytero, sed etiam ab Episcopo fuerint impetratæ.

§. 26. Quæstuandi licentiam et facultatem, extra superius recensitas Ecclesias sibi subjectas, non poterit Capitulum cuiquam concedere.

§. 27. Idem absolutiones a casibus et censuris quibuslibet sibi neququam reservare poterit; minusque absolvere per se vel per alios a casibus et censuris, quorum et quarum absolutionem et relaxationem Episcopus sibi reservaverit, aut in posterum reservare voluerit; ac multò etiam minus a censuris Papalibus, etiam in iis casibus, in quibus concessum est Episcopis ab earum vinculo pœnitentes absolvere. Denique nec vota relaxare, nec in dispensationibus concedendis aut exequendis ullatenus se valeat immiscere.

§. 28. Liceat solummodo præfatis Archipresbytero, et Capitulo licentias vescendi cibis ab Ecclesia vetitis, in Quadragesima, aliisque diebus esurialibus, concedere personis Ecclesiasticis dictarum Ecclesiarum sibi subjectarum servitio addictis, accedente tamen consilio utriusque medici, et servata lege jejunii, diebus illis, quibus id ab Ecclesia præcipitur: at nunquam

Capital.  
nequit facult. concedere  
quæstuandi extra memorat. Ecclesias.  
Nec casus sibi reservare, aut a reservatis casibus vel censuris quibuscumque, etiam per alios, absolvere multoque minus in dispens. se immiscere.  
Indultum tamen

**PONT.** ipsis licebit hujusmodi facultatem sive Indultum  
**A. XVI.** concedere Laicis quibuscumque; cum quibus  
 concedere nimirum solus Episcopus poterit dispensare.

liceat ve- §. 29. Causæ Matrimoniales, quas inter Per-  
 scendi ci- sonas sub Parochiis dictarum Ecclesiarum Ca-  
 bis vetitis pitulo subjectarum degentes oriri et agitari con-  
 sed Eccl. tingat, ad Episcopi judicium, exclusis quibus-  
 tantum- libet aliis, pertinebunt. Quod si, earum occa-  
 modo. sione, opus erit inhibitionem aliquam ad hu-  
 Matri- jusmodi Ecclesiarum Parochos dirigere, hæc  
 mon. cau- quidem in Officio, seu Cancellaria Episcopali  
 sæ et dis- efformanda erit, mox ad Capitulum transmit-  
 pensatio- tenda; cujus Deputati eandem, nulla interpo-  
 nes, quo- sita mora aut exceptione, subscribere tenebun-  
 modo a- tur; idque in prima tantummodo inhibitione  
 solo Epi- in singulis causis expedienda servabitur; nam  
 scopo co- in quoad cæteros subsequentes actus, Episcopus  
 gnoscend. quoad cæteros subsequentes actus, Episcopus  
 conced. et liberè procedet, suaque omnimoda auctoritate  
 respecti- fruetur. Ita pariter solius Episcopis erit dis-  
 vè exe- pensare super denunciationibus, quæ ante Ma-  
 quendæ. trimonii celebrationem fieri debent; sicut etiam  
 licentias ad Matrimonium contrahendum imper-  
 tiri; dispensationes Matrimoniales ab Aposto-  
 lica Sede concessas executioni mandare; ac  
 demùm in omnibus rebus, quæ Matrimonia  
 quomodolibet concernunt, ea omnia præstare  
 et facere, quæ ad Episcopalem et Ordinariam  
 jurisdictionem pertinere dignoscuntur.

§. 30. Criminales Causæ contra prædictos  
 Parochos, et quoscumque alios in recensitis su-  
 perius Ecclesiis Capitulo subjectis Sacramenta  
 ministrantes, illæ videlicet, in quibus, legi-  
 timo efformato Processu, servataque Judicii  
 forma legibus præscripta, extra visitationem  
 procedendum erit, si quidem reorum crimina  
 ipsam animarum curam, et Sacramentorum ad-  
 ministrationem concernant, cumulativæ juris-  
 dictionis erunt, tam scilicet Episcopi, quàm  
 Capituli, ita ut inter eos sit locus præventioni;  
 at ubi delicta nec ad animarum curam, nec ad  
 Sacramentorum administrationem pertineant,  
 ad privativam Capituli cognitionem spectabunt.

**Crimin.**  
**causæ Pa-**  
**roch. alio-**  
**rumque**  
**in recen-**  
**sitis Eccl.**  
**Sacram-**  
**ministran-**  
**tium a**  
**quo co-**  
**gnoscend.**

- §. 31. Ad solum pariter Capitulum spectare debent Causæ Criminales extra Visitationem agitandæ contra Cappellanos et Mansionarios præfatis Ecclesiis Capitulo subjectis inservientes; si tamen Cappellanam vel Mansionariam ex collatione Capituli obtinuerint; et quatenus delictum versetur circa ministerium illius Officii, aut Beneficii, quod ab ipso Capitulo recognoscent. Verùm si quis ex hujusmodi Parochis, Cappellanis, aut Mansionariis a Capitulo provisus, alterum fortè Beneficium, aut Officium Ecclesiasticum ab Episcopo sibi collatum eodem tempore obtineat, et quidem in hujus ministerio et servitio aliquo modo deliquisse arguatur, quoad hoc dumtaxat, a solo Episcopo corripiendus et puniendus erit.
- §. 32. Si quis autem ex his, qui duo hujusmodi Beneficia aut Officia obtineant, alterum ab Episcopo, et alterum a Capitulo sibi collatum, alicujus delicti reus fiat, quod ipsorum Beneficiorum servitium et ministerium minimè respiciat, integrum erit Episcopo æquè, ac Capitulo, contra ipsum procedere, eritque inter eos præventioni locus.
- §. 33. Sub appellatione tamen Cappellanorum, seu Mansionariorum, ac generaliter sub præmissorum Decretorum censura, nequaquam comprehensus esse, aut censi volumus Presbyteros illos, qui de licentia aut mandato Capituli, in aliqua ex prædictis Ecclesiis eidem Capitulo subjectis Missas celebrant, seu aliter in Divinis ministrant, sed tamen nullum Titulum Beneficiale ab ipso Capitulo obtinent; Hos enim solius Episcopi judicio et correctioni subiacere volumus et mandamus.
- §. 34. Præterea decernimus et declaramus, in omnibus supradictis casibus, in quibus tributum fuit Capitulo privativum jus procedendi criminaliter contra Parochos, Cappellanos, et Mansionarios Ecclesiarum ipsi subjectarum, qui tamen de hujusmodi Beneficiis ab eodem Capitulo provisus fuerint, si quando præfati Archie-

ANNO  
1756.A quo  
itidem  
Criminales Causæ  
Cappellano-  
et  
Mansionario-  
in  
præfatis  
Eccle. in-  
servient.Quid si  
aliquis  
duo Benef.  
alterum  
ab Episc.,  
alterum a  
Capitulo  
obteneat.Quidve  
insuper si  
is delin-  
quat in re  
neutrum  
Benefi-  
cium res-  
piciente.Sub no-  
mine Cap-  
pellani,  
seu Man-  
sionarii  
quinam  
quoad rem  
præsen-  
tem com-  
prehen-  
dantur.Causæ  
privativo  
judicio  
Capituli  
reservatæ  
quomodo  
per illius

**PONT.** presbyter et Capitulum negligentes se præbeant  
**A. XVI.** in procedendo adversus delinquentes, tunc, et  
 negligentiam de- pro ea vice dumtaxat, totam jurisdictionem ad  
 volvant. Episcopum devolvi, ac devolutam censi de-  
 ad Episc. bere, quatenus tamen Episcopus antea ter mo-  
 nuerit, et interpellaverit Archipresbyterum,  
 præfigendo illi singulis vicibus quatuor dierum  
 spatium.

**Capitulo recensita privilegia ad præscriptam formam redacta ex integro conced.** §. 35. His itaque privilegiis, et prærogativis hætenus recensitis, et non aliis, præfatum Capitulum Veronense, sub ordinaria universali Jurisdictione Episcopi Veronensis pro tempore existentis, in posterum frui et gaudere debebit. Nos enim præmissa omnia et singula, prout superius expressa sunt, eisdem Capitulo, Archipresbytero, Dignitatibus, et Canonicis, præsentium tenore, ac dictis, motu, scientiâ, et potestatis plenitudine, ex nunc, et ex integro, perpetuis futuris temporibus valitura, concedimus et elargimur.

**Abbatis et Monachorum Monast. S. Mariæ inOrganis jura in Parochias Parochos, cæterosque Clericos inservientes intra suos limites redacta consentur** §. 36. Denique quod spectat ad privilegia, et prærogativas, quibus præfatum Monasterium Sanctæ Mariæ in *Organis* nuncupatæ, ejusque pro tempore existentes Abbates et Monachi, nec non Ecclesiæ ab eodem Monasterio, seu a Congregatione Montis Oliveti dependentes, tam Parochiales, quàm non Parochiales, in dicta Veronensi Civitate, aut in illius suburbiis, seu prope illam, existentes, in posterum similiter vigore præsentis concessionis, et non aliter, frui et gaudere debebunt; Volumus, statuimus, decernimus, et declaramus, hujusmodi Abbates, et Monachos in dicto Monasterio ejusque dependentiis pro tempore existentes, eorumque Conventum, nullam activam jurisdictionem ordinariam, seu quasi Episcopalem, sibi præsumere, aut exercere posse in Clerum quarumvis Ecclesiarum hujusmodi, seu in Populum præfatis Paroch. subjectum, multòque minus speciem aliquam Territorii separati sibi arrogare; sed tantummodo ipsis Abbati, et Monachis, eorumque Ecclesiis, competere de-



bere simplicem, passivam exemptionem, ad formam et terminos Privilegiorum, quæ generaliter prædicto Ordini, eorumque Congregationi Montis Oliveti, ab Apostolica Sede concessa reperiuntur. Quocirca Abbas et Monachi præfati pacificam, ut antea, possessionem retinebunt dictarum Ecclesiarum tam Parochialium, quàm non Parochialium eorum Monasterio seu Congregationi prædictæ unitarum, ac proinde, quod attinet ad Parochiales Ecclesias, salvo, ac præservato favore Episcopi, jure deputandi in ipsis Oeconomos, quoties et quousque eadem Rectore destitutas manere contingat, integrum erit Abbati et Conventui præfati Monasterii, futuros hujusmodi Ecclesiarum Rectores eidem Episcopo præsentare, ut, prævio consueto examine, ad curam animarum in eis exercendam, sive perpetuò, sive amovibiliter, pro diversa Parochialium conditione, ab eo approbentur; ac præterea eisdem licebit omnes prædictas Ecclesias, et Clericos earum servitiis addictos, visitare, prout fieri consuevit ab aliis Prælatibus Regularibus, et Exemptis, non habentibus Territorium separatum: sed tamen integra semper, ac prorsus illæsa manere debet ejusdem Episcopi jurisdictione pro omnibus et singulis casibus, in quibus alii Episcopi locorum Diocesani eam exercere possunt in Regulares, quantumvis exemptos, eorumque Ecclesias, præsertim circa ea, quæ animarum curam, et Sacramentorum administrationem concernunt, juxta decreta præfati Tridentini Concilii, et ad formam memoratæ Constitutionis Nostræ, quæ incipit *Firmandis*, aliarumque a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus editarum, et non aliter, nec alio modo.

§. 37. Præsentibus quoque litteris semper et perpetuò firmas et validas existere et fore, omniaque et singula in eis contenta, post obitum tamen prædicti Daniëlis Cardinalis Patriarchæ, et Archiepiscopi, suum plenum effectum, et omnimodam executionem sortiri et obtinere,

Clausulæ  
et Decreta  
ad præ-  
misso-  
rum fir-  
mitatem.

**PONT.** ac deinceps ab omnibus, ad quos spectat et  
**A. XVI.** spectabit quomodolibet in futurum, perpetuò  
 et inviolabiliter observari debere, nec ullo un-  
 quam tempore, etiam ex eo, quod quilibet in  
 præmissis jus vel interesse habentes, seu ha-  
 bere, quomodolibet prætendentes, etiam spe-  
 cifica et individua mentione digni, ad eo vo-  
 cati, et auditi non fuerint, seu ex alia qualibet  
 privilegiata causa, de subreptionis vel obre-  
 ptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis no-  
 stræ, vel quopiam alio defectu notari, vel im-  
 pugnari, aut aliàs infringi, vel quomodolibet  
 retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis  
 in aliquo derogari ullatenùs unquam posse :  
 Easque sub quibusvis contrariis Constitutioni-  
 bus, revocationibus, suspensionibus, limitatio-  
 nibus, et declarationibus, quomodolibet, et  
 quibusvis de causis etiam pro tempore factis,  
 et faciendis, minimè comprehendi, sed ab illis  
 semper exceptas esse et censi. Sicque in præ-  
 missis per quoscumque Judices Ordinarios, vel  
 Delegatos, quavis authoritate et potestate fun-  
 gentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Au-  
 ditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere  
 Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios,  
 sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter  
 judicandi et interpretandi facultate et authori-  
 tate, judicari et definiri debere, ac irritum et  
 inane, si secùs super his a quoquam quavis  
 authoritate scienter vel ignoranter contigerit  
 attentari, decernimus.

**Exequunt.** §. 38. Quocirca Venerabilibus Fratribus No-  
 dati cum stris Episc. Vincentino et Brixienti eorumque  
 opportun. in Episcop. Vincentino et Brixienti Successori-  
 facultat. bus pro tempore futuris, per Apostolica scripta  
 mandamus, quatenùs ipsi vel unus eorum, per  
 se, vel alium, seu alios, ipsas præsentès lite-  
 ras, et in eis contenta quæcumque, statim ac ta-  
 men illarum effectui locus factus fuerit, tibi et  
 quando opus fuerit, ac quoties pro parte sive  
 Episcopi, sive Capituli Veronen. aut Abbatis et  
 Monachorum præfati Monasterii S. Mariæ in

ANNO  
1756.

Organis nuncupatæ, seu aliorum, quorum favore eadem præsentibus concernunt, aut aliqujus eorum, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra easdem præsentibus, et in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; et Episcopum, ac Capitulum et Canonicos, necnon Abbatem et Monachos præfatos, aliasque Ecclesias et loca hujusmodi, cæterosque omnes, quos eadem præsentibus quomodolibet concernunt, et concernent in futurum, illis omnibus et singulis pacificè frui et gaudere; non permittentes eos, vel ex ipsis quempiam desuper per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoslibet, et rebelles, cujuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per sententiâs, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo; ac legitimis super his habendis, servatis processibus, sententiâs, censuras, et pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 39. Non obstantibus, quatenus opus sit; **Derogatio**  
Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de **contrariis**  
**Jure quæsito non tollendo**: necnon Bonificii PP. VIII., qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem vel Diœcesim ad judicium evocetur, seu ne Judices a Sede Apostolica deputati extra Civitatem vel Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, vel præsumant, et in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad Judicium non trahatur, aliisque Apostolicis aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus et Ordinationibus;

**PONT.** necnon primodicti Capituli, ac præfati Monasterii, et Ordinis; etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis, quibusvis Ecclesiis, etiam Patriarchalibus et Metropolitanis, personis, et locis, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, et Sedem prædictam; vel alios quoscumque, etiam qualibet autoritate et potestate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, necnon irritantibus et aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu, scientiâ, et potestatis plenitudine similibus, etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis et innovatis: Quibus omnibus et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes; illis aliâ in suo robore permansuris, ad effectum validitatis et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie, specialiter et expressè derogamus; aliisque omnibus et singulis contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter aut divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, nisi per litteras Apostolicas facientes penam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Sum-  
ptuum fi-  
des.

§. 40. Volumus autem quod earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ mun-

nitis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent vel ostensæ.

§. 41. Nulli ergo omninò hominum liceat, paginam hanc Nostræ avocationis, suppressionis, et extinctionis, silentii impositionis, revocationis, cassationis, et abolitionis, voluntatum, statutorum, declarationum, concessionum, indulgentiarum, decretorum, commissionum, et derogationum infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo sexto, decimosexto Kalendas Junii, Pontificatus Nostri anno XVI.

Dat. 17.  
Majj 1756.  
Pont. 16.

*J. Card. Pro-Datarius.*

*D. Card. Passioneus.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

L. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*



P O N T.

A: XVI.

LIX:

UTINENSI

Metropolitanae Ecclesiae Missa de Spiritu Sancto cum certis Collecta et Orationibus celebranda conceditur in die depositionis, seu commemorationis Beati Bertrandi Aquilejensis Patriarchae.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

Proco-  
mum.  
A studio  
amplian-  
di Sanct.  
cultum.

**N**ON est equidem, quod Nos in hoc ipso potissimum Apostolicae omnium Ecclesiarum sollicitudinis et procurationis gravissimo ministerio, imbecillitati Nostrae a Supremo Pastorum Principe Jesu Christo, cujus vires in terris plane immerentes gerimus, impositio rite sancteque obeundo ferè defessos; magis reficere et recreare videatur, quam cum opportunæ sese Nobis offerunt occasiones, per quas Pontificiæ auctoritatis, benignitatisque partes adhiberi a Nobis petitur in promovendo ampliandoque eorum Christifidelium cultu, quos in Domino confidimus in caritate Dei conjunctos ex hac vita migrasse, et in æterna Beatorum statione in Coelis positos gaudere; cum per totum ferè vitæ Nostræ spatium; quoad Nobis integrum fuit, non omiserimus immensos labores impendere, ut præclara Venerabilium Servorum Dei, Beatorum, et Sanctorum gesta tot editis voluminibus illustraremus.

Imme-  
moralis  
præstitus  
B. cultus.

§. 1. Quoniam autem in Metropolitana Ecclesia Utinensi, sicut Dilectus Filius Noster Daniël Tituli Sanctæ Mariæ Supra Minervam Presbyter S. R. E. Cardinalis Patriarcha Delphinus Ar-

chiepiscopus Utinensis nuper Nobis humiliter exposuit, Corpus sive Ossa Beati Bertrandi, dum in humanis ageret, Patriarchæ Aquilejensis viam universæ carnis anno MCCCL. ingressi reperiuntur, cui, quemadmodum pariter exposuit, publicus cultus impendi cœptus ex eo Transitus sui tempore, ad hanc usque diem exhiberi pergit, pro quo sanè Cultu comprobando necessaria quoque documenta ad Nos transmittenda curavit, atque insimul retulit, in die nimirum defunctionis ejusdem Beati Bertrandi solemnem Missam pro gratiarum actione in Omnipotentis Dei honorem cani, juxta providum sapiensque consilium Venerabilis Servi Dei Cæsaris Cardinalis Baronii Ecclesiasticorum Annalium Auctoris, de Sanctis quoque in Martyrologio Romano descriptis meritissimi, qui a fel. rec. Clemente PP. VIII. Prædecessore nostro oraculum acceperat. Præterea idem Daniël Cardinalis Patriarcha et Archiepiscopus supplices preces obtulit, ut publicum hujusmodi Cultum ampliare de Apostolica benignitate et auctoritate dignaremur,

§. 2. Nos igitur, qui laudatum Daniëlem Cardinalem Patriarcham et Archiepiscopum, ob eximias generis animique dotes, ac Sacerdotales in regendis populis suæ Pastoralis curæ commissis virtutes, plurimi facimus, magnoque in honore habemus, piis votis porrectisque precibus benignè obsecundare cupientes, postquam omnia et singula ad hujusmodi gravissimum negotium spectantia, matura consideratione expendimus, ac præsertim allata super publico exhibito Cultu documenta, et quidquid de eodem Beato Bertrando illius temporis Auctores gravis notæ scriptis suis consignarunt, in hanc sententiam deverimus, atque Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, ut in die quidem, in qua annua in memorata Ecclesia Metropolitana Utinensi sæpediti Beati Bertrandi memoria recolitur, et in qua ipsius Beati Bertrandi Corpus sive Ossa reposita sunt, celebratio so-

Ad preces  
Eminent.  
Card. Pa-  
triarch.  
et Ar-  
chiep. con-  
ceditur,  
ut in die  
comme-  
morat. B.  
Bertr. ce-  
lebretrur  
Missa de  
Spiritu  
Sancto  
cum in-  
scriptis  
orationi-  
bus.

**PONT.** *lemnis Missæ cum Cantu pro gratiarum actione*  
**4. XVI.** *in Omnipotentis Dei honorem in singulos annos peragatur. Hujusmodi verò Missa sit illa, quæ de Spiritu Sancto in Missali Romano habetur; atque in ipsa addantur Orationes, sive Collectæ, ut infra, nimirum, post primam quidem Orationem, siye Collectam de Spiritu Sancto, sub unica Conclusionem dicatur: Deus, qui Beatum Bertrandum pro Ecclesiæ suæ juribus ad mortem usque certantem invicta pastoralis fortitudine roborasti, præsta fidelibus tuis, ut ad pietatis et religionis constantiam ejusdem informetur exemplis. Per Dominum etc.* Post alteram verò, siye Secreta: *Sacra dona, quæ Tibi, Domine, reverenter offerimus in commemoratione Beati Bertrandi, Ecclesiæ tuæ libertatem tueantur et pacem, et sanctificationis nostræ incrementa promoveant. Per Dominum etc.* Post tertiam demùm siye Postcommunio: *Præsta, quæsumus, Omnipotens Deus, ut in honorem Beati Bertrandi celebrata mysteria, ejus virtutum imitatores, et tua propitiatione nos dignos efficiant. Per Dominum etc.*

Consuetæ  
 clausulæ  
 et decreta  
 in præmissorum  
 firmitate.

§. 3. Decernentes præsentem litteras, et in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, et efficacia existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissimè suffragari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales, et eorundem Cardinalium Congregationes, et quosvis alios quacumque præeminentia et potestate fungentes et functuros, judicari et definiri debere; ac irritum et inane quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.



§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

ANNO  
1756.

Sum-  
ptuum fi-  
des.

Datum in Arce Gandulphi Albanensis Diocesis sub Annulo Piscatoris die XVIII. Junii MDCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimo-  
sexto.

Dat. 18.  
Junii 1756  
Pont. 10.

*Cajetanus Amatus.*



PONT.

A. XVI.

LX.

## PRIVILEGIA MONASTERII

Monialium B. Mariæ Virginis, Ordinis Sancti Benedicti prope et extra muros Civitatis Aquilejensis, opportuna locorum subjectorum descriptione, ac definitione jurisdictionis Delegati Apostolici apposita, confirmantur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Dilectis in Christo Filiabus, Abbatisse et Conventui Monasterii Monialium Beatæ Mariæ Virginis, Ordinis Sancti Benedicti, prope et extra muros Civitatis Aquilejen., nullius Diocesis, Salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Proce-  
mum.  
Privilegia  
non teme-  
re abrog.  
suis ta-  
men limi-  
tibus co-  
hibenda.

QUÆ ex Apostolica Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum auctoritate et liberalitate Religiosis Domibus ac Personis concessa dudum fuerunt Privilegia et Indulta, ne propter varias labentium temporum et circumstantium rerum vicissitudines labefactari contingat, novo confirmationis munimine roborare, simulque eadem generalibus Ecclesiæ Legibus, et Canonicis institutis, per opportunas voluntatis nostræ declarationes congruenter attemperare, non recusamus; prout ipsarum Domuum, ac personarum religiosæ utilitati et quieti, ac Ecclesiasticæ Disciplinæ integritati salubriter expedire in Domino iudicamus.

Monast.  
ejusque  
personæ

§. 2. Sanè exhibita Nobis super pro parte vestra pétitio continebat, quod quum aliàs non, nulli Romani Pontifices Prædecessores nostri, antiquissimo

antiquissimo Monasterio vestro, ejusque Personis et rebus, ac possessionibus, Ecclesiis quoque, Cappellis, et locis ab eo dependentibus, quæ in aliquot eorundem Prædecessorum litteris, propriis leguntur expressa vocabulis, Apostolicæ Protectionis, aliaque complura privilegia et indulta concessisse dignoscerentur; fel. rec. Prædecessor pariter noster Bonifacius Papa IX. per suas, sub Datum Romæ apud S. Petrum Kalend. Junii, Pontificatus sui Anno XI. expeditas Litteras Apostolicas, idem Monasterium vestrum, cum membris suis, ejusque Abbatisam et Conventum, ac singulares Personas in eo tunc degentes, et posteras, earumque bona, et jura quæcumque, quæ tunc obtinebant, et in posterum obtinerent, ab omni potestate, jurisdictione, dominio, servitute, et visitatione Patriarchæ Aquilejensis tunc existentis, et pro tempore futuri, nec non Capituli Aquilejensis aliorumque Ordinariorum, et Judicum quorumcumque, Auctoritate Apostolica exemit, et perpetuò liberavit, ac sub Beati Petri, et Sedis Apostolicæ, ac sua, protectione suscepit, et exempta ac libera, exemptasque ac liberas esse voluit, sibi que et Successoribus suis Romanis Pontificibus, ac dictæ Sedi, immediatè subesse; ita ut Patriarcha et Judices supradicti, ratione delicti, seu contractus, aut rei, de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in ipsas Abbatissam et Conventum, earumque Monasterium, Personas, membra, Bona, aut jura prædicta, possent jurisdictionem, potestatem, dominium, aut visitationem exercere, sed dumtaxat coram dicta Sede, vel ejus delegatis, tenerentur de justitia respondere.

§. 3. Quodque subinde, post iteratas confirmationes, hujusmodi exemptionis, susceptionis, et subjectionis, ab aliis Romanis Pontificibus eidem Monasterio vestro, ejusque Personis, membris, et Bonis elargitas, recol. mem. Prædecessor pariter noster Clemens Papa VII., qui

Tom. XII.

B

ANNO  
1756.

ac res  
quæcum-  
que am-  
plissimis  
privil. di-  
tata.

A Bonif.  
IX. sin-  
gul. exem-  
ptionis  
priv. do-  
nantur,  
et sub im-  
mediata  
Sedis Apo-  
stolicæ  
jurisdict.  
suscipi-  
untur.

Clementis  
VII. litte-  
ræ, qui-  
bus hu-  
jusmodi  
exemptio-  
ni ad tem-  
pus déro-  
gatur.

PONT.  
A. XVI.

alias ad collapsam Regularis observantiae Disciplinam in eodem Monasterio vestro redintegrandam, illud, et illius Moniales, cum earum iuribus, bonis, et pertinentiis universis, gubernio et regimini bon. mem. tunc in humanis agentis Marini Tituli S. Vitalis S. R. E. Presbyteri Cardinalis, et Patriarchalis Aquilejensis Ecclesiae Praesulis, quamdiu Ecclesiae huiusmodi praeset, per speciales suas in forma Brevis Litteras suppoguerat, et subjecerat; postmodum, ad supplicationem tunc existentium dicti Monasterii Abbatisae et Monialium, attento quod plures Romani Pontifices dictum Monasterium, et illius Personas, Terras, et Bona, ab omni Jurisdictione pro tempore existentis Patriarchae Aquilejensis, ejusque Vicariorum et Officialium, exempta ac libera, ut praefertur, sub sua, ac dictae Sedis Apostolicae protectione perpetuo manere ipsique Sedi Apostolicae immediate subesse voluerant; et ipsae Abbatisa et Conventus in possessione, seu quasi, exemptionis huiusmodi, a quadringentis annis, vel circa, et tanto tempore, cujus initii hominum memoria non erat, jam tunc existebant; aliisque de causis tunc latius expressis; ac etiam consideratione clarae mem. tunc in humanis agentis Ferdinandi Hungariae et Bohemiae Regis, et Comitis Goritiae, sub cujus temporali dominio Monasterium praedictum existebat, per alias posteriores in simili forma Brevis litteras datas apud S. Petrum die 26. Novemb. 1530. Pontificat. sui anno VIII. praefatas suas anteriores litteras, et inde sequuta quaecumque, revocando, cassando, et annullando, ac pro nullis et infectis habendo, ac pristinas exemptionem, susceptionem, et subjectionem praedictas in suo robore subsistere, ac Monasterio, Abbatisae et Conventui, illorumque rebus, et bonis praedictis suffragari decernendo; nec non huiusmodi exemptionis, et susceptionis, ac subjectionis litteras, et Monasterium praedictum, in pristinum, et eum, in quo ante priorum litterarum huiusmodi editio-

Ab eodem Pont.  
revocantur.

nem erant, statim restituendo, reponendo, et plenariè reintegrando; ac veterem renovando consuetudinem, qua alii Romani Pontifices in more habuerunt alias Personas in Dignitate Ecclesiastica constitutas, secluso Patriarcha Aquilejensi, in Visitatores, Correctores, et Reformatores Monasterii prædicti, tamquam sibi et Apostolicæ Sedi immediatè subjecti, constituere, et deputare; earumdem Litterarum tenore, Abbatì Monasterii S. Georgii Majoris Venetiarum dicti Ordinis S. Benedicti tunc et pro tempore existenti, donec per ipsum Clementem, seu Successores suos, aliud ordinatum foret, commiserit et mandaverit, ut ipse, ejusque Successores Abbates, Monasterium ipsum in capite, et in membris, in spiritualibus et temporalibus visitarent, et prout opus esse perspicerent, ad debitam Regularis Disciplinæ observantiam reducerent, et reformarent.

§. 4. Ex quo tempore, sicut eadem expositio vestra subjungebat, tam Monasterium ipsum, ejusque Abbatissâ, et Moniales pro tempore existentes, quàm etiam earum bona, ac res, et Personæ ipsum subjectæ Indultis et Privilegiis sibi concessis usque in præsentem diem pacificè frui non destiterunt, sub protectione Sedis Apostolicæ, ac Romanorum Pontificum, etiam pro tempore existentium, inter quos recol. mem. Prædecessor quoque noster S. Pius Papa V. Datis Apostolicis Litteris apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXVI. Idibus Aprilis, Pontific. sui anno primo, in amplissima confirmatione omnium Privilegiorum et Indultorum eidem Monasterio, Abbatissæ, et Monialibus per Prædecessores Pontifices, et Sedem Apostolicam eatenus concessorum, comprehensa quoque voluit, ac specificè exprimenda duxit, decretum, et declarationem jam inde ab anno 1503. per hon. mem. Angelum Leoninum, dum viveret, Episcopum Tyburtinum, Legatum Apostolicum cum potestate Legati a Latere olim in iatis partibus degentem facta, per quæ, inter

ANNO  
1756.  
Ac in  
pristinum  
statum  
restitutis  
omnibus  
privilegiis  
jurisdi-  
ctio, cos-  
rectio, et  
visita-  
Abbatì  
Mon. S.  
Georgii  
Majoris  
Venet. de-  
mandatur

Pacifica,  
et ad hæc  
usque tem-  
pora con-  
tinuata  
privil.  
possessio.

Iterum  
confirm.  
a S. Pio V.

Unâ cum  
Decreto

**PONT.** alia, omnia et singula Beneficia Eccl. cum cura;  
**A. XVI.** et sine cura, in præfatis ejusdem Monasterii  
**an. 1503.** Privilegiis contenta, et descripta, ad vos, et  
**Legati a** Conventum vestrum, vestranique Nationem,  
**latere li-** provisionem, et omnimodam dispositionem spe-  
**beram Be-** ctare et pertinere, ac de mensa vestra esse,  
**neficior.** et fore, vosque, stantibus præmissis, de hu-  
**disposit.** jusmodi Beneficiis ad vestrum nutum et volun-  
**Monast.** tatem disponere potuisse, et in antea posse,  
**et Monia-** ideoque collationes, provisiones, et alias dis-  
**libus ad-** positiones de iisdem Beneficiis per vos factas,  
**judicante** omniaque et singula inde sequuta, pro cano-  
 nicè et legitimè factis censi debere; nec non  
 eorundem Beneficiorum Cappellanos, et Bene-  
 ficiatos, iisdem Privilegiis, gratiis et favoribus,  
 ad instar præfati Monasterii vestri pariformiter  
 uti, frui, et gaudere posse, et debere, de-  
 creverat, et declaraverat; prout Nobis exposi-  
 tum fuit in indicatis ipsius Pii Prædecessoris  
 Litteris latius contineri.

**Monast.,** §. 5. Ipsius autem Monasterii Vestri, ac illius  
**rerum,** personarum et rerum, nec non Ecclesiarum,  
**ac perso-** Locorum Piorum, aliorumque membrorum ab  
**nar. cura** eo dependentium, a Diocesani, et cujuscum-  
**et gubern.** que alterius Ordinaris jurisdictione, et supe-  
**hactenus** rioritate, ita ut præfertur, exemptorum, ac  
**deman-** Sedi Apostolicæ immediatè subjectorum, regi-  
**data Per-** men, et gubernium, per diversas personas  
**sonæ in** Ecclesiasticas a pro tempore existentibus Ro-  
**Dignit.** manis Pontificibus successivè delegatas geri et  
**Eccl. con-** administrari consuevit; eumque in finem, hu-  
**stitutæ,** jusmodi personis delegatis, sive per Litteras  
 Agostolicas, sive per organum Congregationis  
 Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Car-  
 dinalium negotiis et consultationibus Episcoporum,  
 et Regularium præpositorum, amplissimæ  
**Amplis-** facultates concessæ dignoscuntur, videlicet tam  
**simæ hu-** Monasterium ipsum, quàm aliud quodvis Mo-  
**jusmodi** nasterium, Ecclesiam, Hospitale, Confraterni-  
**Delegato** tatem, Locum Pium, Terram, Castrum, et  
**Apostol.** aliud quodcumque membrum eidem Monaste-  
**tributæ** rio subjectum, Abbatissas, Moniales, et aliam  
**facultates**

quamvis Personam in eis degentem, cujuscumque status; gradus, et conditionis, tam in capite, quam in membris, visitandi; corrigendi; et reformandi; abusus tollendi, ac disciplinam et observantiam regularem restituendi; nec non Rectores; Cappellanos, et Confessores; tam ordinarios; quam extraordinarios; pro eisdem Monasterii; et Terrarum, Castrorum, Villarum, et Locorum illi subjectorum servitio; deputandi et constituendi, Puellas ad habitum, et ad Professionem admittendi; illasque ad hujusmodi effectum examinandi; et approbandi; præterea quascumque Personas eidem Monasterio subjectas; excessus seu delicti alicujus reas et culpabiles repertas; certa servata methodo, corrigendi; puniendi; et castigandi, ac omnes et singulas tam civiles, quam criminales; et mixtas causas; ad ejusdem Monasterii forum et jurisdictionem spectantes; prout juris fuerit, illiusque ordine servato; cognoscendi; decidendi; et terminandi, aliaque omnia et singula ad Officium Vicarii, Visitoris, et Reformatoris spectantia et pertinentia; faciendi; et contra contumaces et inobedientes; illorumque consultores et fautores; ad censuras; et poenas Ecclesiasticas; aliaque necessaria et opportuna juris et facti remedia procedendi; sicuti in nonnullis hujusmodi deputationum Litteris latius accepimus contineri; ac etiam Dilectus Filius modernus noster, et Sedis Apostolicæ Delegatus; ad ipsius Monasterii vestri Regimen; ejusque jurisdictionis administrationem istic constitutus, hujusmodi facultates hactenus circa præmissa obtinuisse; et exercuisse dignoscitur.

Cur istæ hæc privileg. tot Pont. litteris firmata, iterum confirmari petatur.

§. 6. Cum autem, sicut eadem petitio prosequeretur, postquam Nos, gravissimis, justissimisque de causis, Ecclesiam Patriarchalem Aquilejensem dudum existentem; ejusque Patriarchalem dignitatem ipsamque Cathedram, et Sedem, penitus et omnino suppressimus et

**PONT.** extinximus, duasque Archiepiscopales Ecclesias;  
**A. XVI.** Goritiensem videlicet, ac Utinensem ereximus, et Goritiensi quidem Ecclesiæ unam partem antiquæ Diœcesis Aquilejensis, in qua Civitas ipsa Aquilejensis, in cujus districtu primodictum Monasterium vestrum, cum aliquibus terris, locis et villis, nec non Ecclesiis eidem subjectis existit, subjecimus et attribuimus; alteri verò, Utinensi videlicet Ecclesiæ, reliquam ejusdem antiquæ Diœcesis Aquilejensis partem, in cujus ambitu situm est alterum Monasterium vestrum, prope muro Civitatis Foroju-liensis extractum, ad quod, ex antiqua consuetudine, universa Conventus vestri communitas, æstivis mensibus ob aerem insalubrem, qui eo tempore periculosam reddit Aquilejensis tractus stationem, singulis annis transferri solet; nec non cætera ejusdem Monasterii vestri bona, et loca, seu terræ, villæ, et Ecclesiæ eidem subjectæ consistunt, subjecimus pariter, et attribuimus; verendum esset, ne fortè in hujusmodi rerum immutatione, et novarum Diœcesum constitutione, ac respectiva earum terminatione, præjudicium aliquod amplissimæ exemptioni, cæterisque juribus et privilegiis, quibus vos et Monasterium vestrum, cum suis membris, et bonis, ac personis in eo degentibus, et ab eo dependentibus, sub immediata Sedis Apostolicæ subjectione, ut præfertur, hætenus uti, frui, et gaudere consuevistis; inferri, aut illatum censeri contingeret; ideoque pro parte vestra Nobis fuerit humiliter supplicatum, quatenus præfatam Monasterii vestri, ejusque membrorum exemptionem, aliasque gratias, concessionem, et privilegia, a Prædecessoribus Nostris Romanis Pontificibus vobis elargita, et longa, vel etiam antiquissima, et immemorabili possessione, seu quasi, et plurimum sæculorum usu, a vobis retenta, novo Apostolicæ confirmationis munimine roborare, et opportuni declarationis præsidio amplius asserere et firmare dignaremur.



§. 7. Idcirco Nos, ad rem maturius atque cōsultius peragendam, requisitis primùm; auditisque Venerabilibus Fratribus Nōstris modernis Utinēsi; et Goritiēsi Archiepiscopis, ac omnibus tam per eos, quàm per vos, et Procuratores vestros fusè deductis, aliisque ad rem pertinentibus diligēter expensis et consideratis, votis vestris in præmissis anhuere volentes, vosque, ac vestras singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti; aliisque etc: censentes; ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine; præmissas Bonifacii et Clementis, aliorumque Prædecessorum prædictorum respectivè litteras, nec non dicti Monasterii vestri; illiusque bonorum, villarum, castrorum, et locorum, ac Ecclesiarum in illis consistentium, seu ab eodem Monasterio aliàs dependentium, prout in præsentibus enumerantur, et sunt; libertatem, et exemptionem; ac immediatam Sedi Apostolicæ subjectionem; ita ut tam primodictum Monasterium vestrum, quàm alterum prope Civitatem Forojuliensem existens, nec non Ecclesiæ, ac villæ; et castra; ac loca hujusmodi, quarum, et quorum nomina inferitis describimus, vosque, et aliæ personæ, in illis nunc, et pro tempore degentes, a jurisdictione, dominio, superioritate, et visitatione Goritiensis, et Utinēsis Archiepiscoporum pro tempore existentium; ejusque Vicariorum; et Officialium; ac utriusque Ecclesiæ Capitulorum, prorsus et omninò; perpetuis futuris temporibus, exempta; immunita; ac libera; ac exemptæ, immunes, et liberæ, et sub Nostra; ac Successorum Nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium; et Sedis Apostolicæ prædictæ immediata protectione, et subjectione suscepta; et susceptæ; ac verè et immediatè subjecta, et subjectæ sint, et esse censeantur, ac respectivè permaneant; harum serie perpetuò confirmamus et approbamus, illisque novum, et inviolabile Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. 3

A \* \* o  
1756.Petitioni  
annuit  
Pontifex;  
amplissimè  
manque  
Monaster:  
Personar,  
ac rerum  
exemptionem  
confirmat,

PONT. §. 8. Quæ igitur sub præsentium litterarum  
 A. XVI. nostrarum dispositione comprehensa, ac præ-  
 Provideq. fatæ exemptionis, susceptionis, et subjectionis  
 recenset, munere decorata esse, et perpetuò censeri vo-  
 que tali lumus, propriis duximus exprimenda vocabulis,  
 exempt. et sunt quæ sequuntur; videlicet a parte do-  
 fraantur. minii in temporalibus Austriaci.

Loca in  
 temporali  
 Austriaco  
 Dominio  
 consti-  
 tata.

I. Monasterium vestrum *Sanctæ Mariæ* nuncupatum prope muros Civitatis Aquilejensis extractum, cum sua *Ecclesia*.

II. Item Villa *Monasterii* nuncupata, et in hujusmodi Villæ ambitu *Ecclesia Parochialis* sub titulo *Annuntiationis B. Mariæ Virginis*.

III. Item Villa *Sancti Martini de Tertio* nuncupata, cum sua *Ecclesia Parochiali* sub titulo ejusdem *Sancti Martini*.

IV. Item Villa *Tertii* nuncupata; et in hujus Villæ ambitu, *Ecclesia Sancti Blasii* filialis prædictæ *Ecclesiæ Sancti Martini*.

V. Villa *de Ronchis*, et in ejus tractu *Ecclesia Sancti Josephi* filialis ejusdem *Ecclesiæ Sancti Martini*.

VI. Villa *de Moruzzis* nuncupata.

VII. Alia Villa *de Malborghetto* nuncupata.

VIII. Item Villa *de Cervignano* nuncupata, et in hujus Villæ ambitu *Ecclesia Parochialis* sub titulo *Sancti Michaelis Archangeli*; nec non alia *Ecclesia* sub titulo *Sancti Hieronymi*; ac insuper *Oratorium publicum*, de Jure patronatus, ut asseritur, Familiae de Bressanis; non longè verò extra eandem Villam, *Ecclesia Sancti Martini*.

A parte verò temporalis Dominii Veneti.

Alia Ve-  
 neto Do-  
 minio  
 compre-  
 hensa.

I. Aliud *Monasterium* vestrum prope Mœnia Civitatis Forojuliensis, cum sua *Ecclesia* sub titulo *Sanctæ Claræ*.

II. Villa *de Pradizzolo* nuncupata, et in ejus ambitu *Ecclesia* sub titulo *B. Mariæ Virginis de Salute*, et *Sancti Osualdi*, quæ est filialis præfatæ *Ecclesiæ Parochialis S. Michaelis Archangeli de Cervignano*.

III. Villa *de Muscoli* nuncupata, et in ea similiter *Ecclesia Sacramentalis Sancti Zenonis*,

quæ etiam filialis est ejusdem Parochialis Ecclesiæ de Cervignano.

IV. Villa de *Preteolis* nuncupata, et in ea Parochialis Ecclesia *Sancti Thomæ Apostoli*; extra verò eandem Villam Ecclesia *Sancti Andreæ Apostoli*, filialis præfatæ Parochialis Ecclesiæ in dicta Villâ existentis.

V. Villa de *Sacilieto* nuncupata cum suo Castro; et quidem in dicta Villa, Ecclesia Sacramentalis *Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli*; in Castro autem, Ecclesia *Sancti Antonini*; quæ ambo filiales sunt præfatæ Parochialis Ecclesiæ *Sancti Thomæ de Preteolis*.

VI. Villa de *Alturis* nuncupata, cum Ecclesia *Sancti Blasii* Episcopi et Martyris, filiali ejusdem Parochialis Ecclesiæ de Preteolis.

VII. Villa de *Morteginis* nuncupata.

VIII. Villa de *Chiasellis* nuncupata, et in ejus ambitu Ecclesia Parochialis *Sanctæ Mariæ Virginis*.

IX. Villa de *Zumpicchia* nuncupata; et in eadem Ecclesia Parochialis *Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli*.

X. Villa de *Piantanico* nuncupata, et in ejus ambitu Ecclesia Sacramentalis *Sancti Cantiani* Martyris: prope eam verò Ecclesia *Sancti Antonii Abbatis* in Campo; quæ sunt filiales prædictæ Parochialis Ecclesiæ de Zumpicchia.

XI. Villa de *Begliano* nuncupata, et in ipsa Villa, Ecclesia Sacramentalis *Sancti Martini*, atque insuper alia Ecclesia *Sanctæ Mariæ Magdalænæ* in Arce diruta ejusdem Begliani; quæ pariter filiales sunt præfatæ Parochialis Ecclesiæ de Zumpicchia.

§. 9. Ne autem ob superiùs enunciatis rerum immutationes, controversiæ, et dissidia, seu ambiguitates, et dubia, tum super effectibus præfatæ exemptionis, vobis, et Monasterio vestro, dictisque locis, Ecclesiis, atque personis concessæ, tum et potissimùm circa usum jurisdictionis activæ, quam dilectus filius modernus et pro tempore existens Noster, et Apostolicæ

Exempt.  
vis, et  
delegati  
auctoritas  
distinct.  
explicatur

**PONT. A. XVI.** Sedis Delegatus, qui nunc istic deputatus existit, et futuris quoque temporibus, ad formam prædictarum litterarum, nostrarumque præsertim super suppressione dicti Patriarchatus Aquilejensis Anno Incarnationis Dominicæ 1751. pridie nonas Julii, Pontificatus Nostri anno XI. editarum, quibus initium est: *Injuncta Nobis*, deputandus erit: in spiritualibus, et temporalibus juxta earumdem litterarum suæ deputationis continentiam et tenorem, receptamque consuetudinem, circa præmissa exercere debet, in Ecclesiasticæ pacis, et Canonice disciplinæ perturbationem, ac detrimentum, suboriri contingat; idcirco Nos infrascriptas declarationes; ordinationes, et regulas subjicere opportunum duximus; ad quarum formam, et terminos omnia redigi, et moderari volumus, ac earumdem præsentium tenore, dictaque scientia, et potestatis plenitudine præcipimus, et mandamus.

**Delegatus Apostol. Synodalia Archiep. Decreta in respect. locis Monasterio subjectis servari jubeat.** §. 10. Primò videlicet, quod dictus Delegatus pro tempore existens, Synodales leges, ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam, aut reparandam, a Goritiensi, et Utinensi Archiepiscopis editas, et pro tempore edendas, Clero sæculari Ecclesiarum, villarum, et locorum, a prædicto Monasterio vestro dependentium, servata circumpositarum Diocesium distinctio-  
ne, respectivè proponere, et ab eo observari facere debeat; sub pœnis in hujusmodi Synodalibus legibus etiam respectivè adscriptis, quas ipse Delegatus a contrafacientibus districtè exigere non omittat.

**Casus eosdem sibi reservet.** §. 11. Secundò, quod in omnibus præfatis villis, et locis, jurisdictioni primodicti Monasterii vestri subjectis, idem Delegatus pro tempore existens eosdem casus, quos Archiepiscopi Goritiensis, et Utinensis in eorum respectivè Civitatibus, et Diocesisibus sibi metipsis pro tempore reservabunt, juxta præfatam locorum positionem, et personarum domicilium sibi ipsi reservare; et Confessariis, ut infra,

approbatis, facultatem ab ipsis absolvendi interdicerè, iisdemque respectivè, etiam sub certis modo et forma sibi benevisis, tribuere possit et valeat.

§. 12. Tertio, quod approbatio Sacerdotum, tam qui animarum curam exercere, quam qui Sacramentales Christifidelium Confessiones in iisdem Ecclesiis, villis, et locis, excipere debent, quoad idoneitatem, ad alterutrum ex dictis Archiepiscopis juxta locorum positionem vel præmissam, spectet atque pertineat; qui tamen Archiepiscopi litteras hujusmodi Sacerdotibus a se approbatis tradendas ita efforment, ut eorum tantummodo idoneitatem, ad munus, de quo agitur, in genere testatam faciunt; reservata prædicto Delegato auctoritate concedendi Sacerdotibus sic approbatis usum jurisdictionis in Foro Pœnitentiali exercendæ.

§. 13. Quarto, quod Concionatores in hujusmodi Ecclesiis, et locis præfatæ jurisdictioni subjectis verbum Dei publicè annunciaturi ab hujusmodi Delegato Apostolico tantum licentiam petere, et obtinere teneantur.

§. 14. Quinto, quod nullus in Confessarium, sive Ordinarium, sive Extraordinarium, pro Monasterio vestro, et pro vobis, communiter, seu singulariter, eligi et deputari possit, nisi qui antea specialem approbationem circa idoneitatem ad excipiendas Monialium Confessiones, juxta formulam hactenus servari solitam, obtinuerit; et quidem ab eo Archiepiscopo, cujus Diœcesis ambitu continebitur Conventus vestri Communitas, quo tempore ad Confessarii hujusmodi electionem et deputationem devenietur. Verumtamen Confessarius sic electus, per integrum tempus deputationis suæ, susceptum munus liberè prosequi, et Confessiones vestras, aliarumque personarum in Monasterio vestro cum debitis licentiis pro tempore degentium, audire poterit, etiamsi interea præfata Communitas vestra ad aliud Monasterium se transferat, alteriùs Archiepi-

ANNO  
1756.

Sacerd.  
a respectivo Archiepisc.  
ad curam animar.  
vel confessiones,  
quo ad idoneitatem tantum  
approbat.  
usum jurisdictionis concedat.

Concionatoribus  
opportuni.  
facultat.  
indulgeat.

Monial.  
Confessores ii assum.  
qui idonei ad hoc munus fuerint ab Archiepiscopo renunciant.

**PONT. A. XVI.** scopalis Diœcesis ambitu circumclusum, absque eo quod novam ab altero Archiepiscopo Diœcesis hujusmodi approbationem obtinere teneatur.

**Elapso** §. 15. Sextò, quod Confessarii ad Sacramen-  
**quoad Con**tales Fidelium Confessiones excipiendas in præ-  
**fessar.** fatis Ecclesiis a Monasterio vestro dependenti-  
**sus ap-**bus assumpti et deputati, elapso tempore in  
**probat.** eorum respectivè approbationibus enunciato,  
**tempore,** iterum se sistere debeant eidem Archiepiscopo  
**iterum se** seu illius Successori, a quo primùm approbati  
**sistere** fuerunt; reservata semper Delegato Apostolico  
**Archiep.** facultate concedendi Confessariis ipsis sic ite-  
**respectivè** rato approbatis exercitium jurisdictionis in Foro  
**debeant.** Pœnitentiali.

**Idem De-** §. 16. Septimò, quod novi Parochi, et Vi-  
**legatus** carii Curati ad Animarum curam in præfatis  
**Parochos,** Ecclesiis exercendam constituendi seu depu-  
**et Vica-**tandi, in eorum Officii exercitium ab eodem  
**rios Cu-**Delegato Apostolico, Nostra, et Apostolicæ Se-  
**ratos in**dis auctoritate, immittantur.

**possessio-** §. 17. Octavò, similiter quoties hujusmodi  
**nem in-**Parochiales Ecclesias, seu Officia Curata vacare  
**ducat.** contigerit, Presbyteris OEconomis per Abba-  
**OEcono-**tissam pro tempore existentem electis, ut ha-  
**nom. va-**ctenùs in more positum fuit, usus et exerci-  
**cantibus**tium jurisdictionis, durante vacatione hujus-  
**Ecclesiis**modi exercendæ a præfato Delegato Apostolico,  
**curatis,**eadem auctoritate, tradatur.

**ab Abba-** §. 18. Nonò, quod idem Delegatus pro tem-  
**tissa eli-**pore existens, solus, et privativè quoad unum,  
**gantur,**et alterum Archiepiscopos præfatos, visitare  
**a Delegat.**possit, et debeat, tam primo, et secundo di-  
**jurisd.**ctum Monasterium vestrum, etiam quoad Clau-  
**exercit**suram, servatis tamen quoad modum et tem-  
**tradatur.**pus visitationis hujusmodi, et quoad numerum  
**Jus visi-**personarum in visitationibus assumendarum,  
**tandi**Apostolicis Decretis, atque Constitutionibus:  
**Monaste-**quam omnes præfatas Ecclesias, Oratoria, et  
**ria, ad-**Pia loca a prædicto Monasterio vestro depen-  
**nexasque**dentia, prout hactenùs visitare consuevit, ac  
**Ecclesias**visitatione hujusmodi completa, præmissorum  
**privativè**  
**Delegato**  
**reservat.**

omnium status relationem, singulis trienniis, ad Sedem Apostolicam transmittere teneatur, ad formam Constitutionis Nostræ incipientis *Quod Sancta*, datæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1740. Nono Kal. Decembris, Pontificatus Nostri Anno I.

ANNO  
1756.

§. 19. Decimò, quod Delegatus ipse causas omnes civiles, et criminales, et mixtas Cleri, et Populi dictarum villarum, castrorum, atque locorum ad ejusdem Monasterii vestri forum, et jurisdictionem spectantes cognoscere, decidere, et terminare, atque in iisdem, prout juris fuerit, servatis servandis, usque ad sententiam definitivam procedere; et contra delinquentes, ad formam sacrorum Canonum, et Constitutionum Apostolicarum, dictorumque Synodaliura statutorum respectivè procedere, eosque pro modo culpæ punire, multare, et emendare possit, ac debeat.

Ejusdem  
Delegati  
jurisdict.  
in cognos-  
cendis  
causis ci-  
vilibus et  
criminal.

§. 20. Undecimò, nullatenùs tamen ipsi Delegato liceat Dimissoriales Litteras concedere personis hujusmodi Monasterii vestri jurisdictioni quocumque titulo subjectis, pro suscipiendis Ordinibus, sive Majoribus, sive Minoribus, vel ut Clericali Militiæ adscribantur.

Dimissor.  
tamen De-  
legatus  
non com-  
cedat.

§. 21. Duodecimò, quod pertinet ad Pontificalia peragenda in Ecclesiis tam uni, quam alteri Monasterio vestro adnexis aliisque superiùs enunciatis, nec vobis, nec ipsi Delegato liceat quemcumque Antistitem ad id pro libito accire, sed illum dumtaxat ex duobus Archiepiscopis præfatis invitare teneamini, cujus Diocesis finibus respectivè conclusa reperitur Ecclesia, in qua Pontificales Functiones habendæ erunt; Quod si Archiepiscopus requisitus, hujusmodi Functiones et Munia Pontificalia peragere recusaverit, sive nequiverit, tunc liceat vobis, et Delegato prædicto, quemcumque alium Catholicum Antistitem, gratiam, et communionem Sedis Apostolicæ habentem, in eum finem advocare. Salva semper Nostra, et Apostolicæ Sedis auctoritate, si quando, vel in

Ad Pont.  
in locis  
Monast.  
subjectis  
peragenda  
quis advo-  
candus.

**PONT.** hoc, vel in aliis quibuslibet ex præmissis re-  
**A. XVI.** rum capitibus, in peculiaribus casibus, specia-  
 liter indulgendum censuerimus, seti Successo-  
 res Nostri Romani Pontifices indulgere oppor-  
 tunum duxerint. Et firmis integrisque manen-  
 tibus favore utriusque præfati Archiepiscopi;  
 Goritiensis videlicet, et Utinensis nunc, et pro  
 tempore existentium omnibus et singulis juri-  
 bus, tam quæ ad Ordinem, quàm quæ ad Ju-  
 risdictionem pertinet, etiam circa præmissa  
 loca, Ecclesias, res, et personas, in iis ta-  
 men, de quibus in ipsis Litteris super depu-  
 tatione sæpèdicti Delegati Apostolici confectis,  
 ac deinceps super similibus deputationibus Suc-  
 cessorum ejus, juxta consuetam formulam,  
 sed salva præsentium Nostrarum dispositione  
 conficiendis, nihil expressè cautum reperiatur;  
 seu de quibus Nos per easdem præsentibus, ni-  
 hil decrevimus, statuimus, et declaravimus.

Oppor-  
 tuna in re-  
 liquis præ-  
 servatio  
 Archiep.  
 jurisdict.  
 et auctori-  
 tatis.

Clansulæ  
 et Decreta  
 in præ-  
 missorum  
 firmitat.

§. 22. Denique easdem præsentibus Litteras,  
 et in eis contenta, etiam ex eo quod aliqui in  
 præmissis, vel eorum quopiam interesse ha-  
 bentes, aut habere prætendentes, ad hoc vo-  
 cati, vel auditi non fuerint, aut ex quibusvis  
 causis de subreptionis, vel obreptionis aut nul-  
 litatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quo-  
 cumque alio defectu notari, vel impugnari,  
 aut aliàs infringi, vel quomodolibet retractari,  
 suspendi, limitari, vel eis in aliquo derogari,  
 nullatenus unquam posse; easque sub quibus-  
 vis contrariis Constitutionibus, revocationibus,  
 suspensionibus, limitationibus, derogationibus,  
 modificationibus, decretis, etiam motu, scientiâ,  
 et potestatis plenitudine, aut alia, et qui-  
 busvis de causis, etiam pro tempore factis,  
 minimè comprehendi, sed ab illis semper ex-  
 ceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in  
 pristinum statum restitutas, ac de novo con-  
 cessas, semperque et perpetuò validas, firmas,  
 et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et  
 integros effectus sortiri et obtinere, ac ab om-  
 nibus, ad quos spectat, et spectabit, quomo-



dolibet in futurum, perpetuò, et inviolabiliter observari, ac primodictò Monasterio, vobisque; ac futuris pro tempore existentibus, Abbatissæ, et Monialibus ipsius Monasterii, aliisque personis, Ecclesiis, et locis prædictis, quorum favorem ædem præsentis quomodolibet concernunt; perpetuis futuris temporibus plenissimè suffragari debere: sicque in præmissis ab omnibus censi, ac si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, et ignoranter contigerit attentari, irritum quoque et inane decernimus.

ANNÒ  
1756.

§. 23. Non obstantibus, quatenus opus sit, Amplissima contra-  
Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ regula de trariores derogatio  
Jure quæsito non tollendo: ac quibusvis Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, et Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et ordinationibus, ac etiam præmissis litteris Prædecessorum eorundem in iis, quæ præsentibus adversantur: Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis, quibusvis Ecclesiis, etiam Metropolitanis, personis, et locis, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros prædictos, vel alios quoscumque, et quacumque dignitate, et auctoritate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialibus, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset; tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis et insertis

PONT. habentes; illis aliàs in suo robore permanen-  
 A. XVI. ris, ad effectum validitatis et perpetuæ firmi-  
 tatis præmissorum omnium et singulorum, hac  
 vice dumtaxat, harum serie, specialiter et ex-  
 pressè derogamus; contrariis quibuscumque.

Sanctio §. 24. Nulli ergo omnino hominum liceat,  
 pœnalis. paginam hanc Nostræ absolutionis, confirma-  
 tionis, approbationis, roboris adjectionis,  
 declarationum, ordinationum, derogationum,  
 decretorum, et statutorum infringere, vel ei  
 ausu temerario contraire: si quis autem hoc  
 attentare præsumperit, indignationem Omni-  
 potentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apo-  
 stolorum ejus, se noverit incursum.

Dat. 30. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno  
 Julii 1756. Incarnationis Dominicæ Millesimo septingente-  
 Pont. 16. simo quinquagesimo sexto, tertio Kalendas  
 Augusti, Pontificatus Nostri Anno XVI.

*J. Card. Pro-Datar.*

*D. Card. Passioneus.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium.*



## REFRACTARIIS

LXI.

Constitutioni *Unigenitus* añ , et quando SS.  
Corporis Christi Viaticum denegari debeat,  
Encyclica hac Epistola definitur.

*Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E.  
Cardinalibus, ac Archiepiscopis; et Epi-  
scopis Regni Galliarum, in novissimis  
comitiis Cleri Gallicani congregatis.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Salutem et Apostolicam Benedictionem:*

**E**X omnibus Christiani Orbis regionibus, ad Pont. cura et  
quas imposita imbecillitati Nostræ pastoralis sollicitu-  
cura protenditur, quum multa sæpè ad nos do de tur-  
deferantur, quæ animum Nostrum pro om- bata in  
nium singularumque Ecclesiarum statu sollici- Galliis  
tum et anxium habeant, vix tamen aliunde Eccl. tran-  
nobis majores perturbationis, atque doloris quillitate  
causæ acciderunt, quam ex gravissimis con- restituenda.  
troversiarum et dissensionum incommodis, qui-  
bus florentissimum istud Regnum, et Catho-

**PONT.** ad Ecclesiasticæ pacis tutelam atque præsidium  
**A. XVII.** imploravimus. Iis autem, qui ad Nos et ad  
 Sedem Apostolicam de rebus istis recursum  
 habuerunt, ea semper responsa dedimus, qui-  
 bus Nos promptos paratosque declaravimus,  
 pro pace Ecclesiæ Gallicanæ, quam sincera et  
 constanti dilectione prosequimur, quidquid No-  
 bis vitæ superesse posset, libenter impendere;  
 atque omnia, quæ Nobis agenda proponerentur,  
 et aggredi et urgere, dummodo ejusmodi  
 consilia essent, quæ ad revellendum malorum  
 germen apta et idonea dignoscerentur, et quo-  
 rum executio cum spe prosperi eventus susci-  
 pienda, et ad intentum finem utiliter proces-  
 sura videretur.

**Pluribus nominib. Gallicani Cleri virtus commendatur**

§. 2. Gravem atque diuturnam de rebus  
 vestris sollicitudinem, qua hactenus affecti fui-  
 mus, non parum sublevarunt litteræ e Galli-  
 cani Cleri Comitibus die 31. Octobris elapsi anni  
 ad Nos scriptæ; quas quidem legentes, vestram  
 Venerabiles Fratres, firmitatem atque constan-  
 tiam, vestram perspeximus perfectam consen-  
 sionem in custodiendo veræ sanæque doctrinæ  
 deposito, et in retinenda, quam semper ma-  
 jores vestri professi sunt; erga Apostolicam  
 Beati Petri Sedem, Catholicæ Unitatis cen-  
 trum, observantia et veneratione. Neque enim  
 ullam inter vos dissensionem vigere comperi-  
 mus, quoad canonicas regulas et principia; sed  
 scissuras tantummodo esse inter vos in deli-  
 gendis statuendisque mediis, quibus utendum  
 necessariò est, ut eadem communia principia  
 in usum deducantur. Quod quamvis optandum  
 fuisset longè abesse a Conventu vestro, haud  
 tamen mirum videri debet, scientibus, id aliàs  
 inter sacros Antistites, et doctrina et morum  
 sanctitate conspicuos, in gravissimarum rerum  
 tractatione evenisse. In magnum autem præ-  
 conceptæ consolationis nostræ accessionem sese  
 obtulit eximia Christianissimi Regis pietas et  
 religio, cum hæreditario ipsius in hanc Apo-  
 stolicam Sedem obsequio conjuncta, quæ non

in recentioribus tantummodo illius litteris, quas die 19. Decembris ejusdem elapsi anni, prædictam Cleri epistolam huc mittens, ad nos dedit, sed in cæteris quoque omnibus ab eo conscriptis, præclare enituit; in quibus testari possumus atque debemus, Nos semper illius Regii animi sensus eos planè deprehendisse, qui maximè decebant Orthodoxum Principem, et vèra in Deum religionè, et sincera erga Romanam Sedem pietate præditum, eundemque pacis atque concordie in suis regnis restituendæ et conservandæ amantissimum.

§. 3. Tanta est profectò in Ecclesia Dei auctoritas Apostolicæ Constitutionis, quæ incipit *Unigenitus*, eademque sibi tam sinceram venerationem, obsequium, et obedientiam ubique vindicat, ut nemo Fidelium possit, absque salutis æternæ discrimine, a debita erga ipsam subjectione sese subducere, aut eidem ullo modo refragari. Hinc porrò consequitur, ut in ea, quæ exorta est, controversia, utrum hujusmodi refractariis sanctissimum Corporis Christi Viaticum expetentibus denegari debeat, sine ulla hæsitatione respondendum sit, quoties prædictæ Constitutioni publicè et notoriè refractarii sint, denegandum eis esse; ex generali nimirum regula, quæ vetat publicum atque notorium peccatorem ad Eucharisticæ Communionis participationem admitti, sive eam publicè, sive privatim requirat.

§. 4. Publici autem atque notorii sunt refractarii, in casu, de quo agitur, quicumque per sententiam a Judice competente prolatam rei declarati sunt, eo nomine, quod debitam prædictæ Constitutioni *Unigenitus* venerationem, obsequium, et obedientiam contumaciter denegaverint; quicumque etiam hujusmodi contumaciæ reos se in judicio confessi sunt; ac præterea illi, qui quamvis nec a Judice condemnati, neque reatum suum in judicio confessi fuerint, nihilominus, vel eo tempore, quo sacrum ipsum Viaticum suscepturi sunt, propriam ino-

A N N O  
1756.

Publicis  
et notor.  
refractari.  
Constitutioni  
*Unigenitus* SS.  
Viaticum  
jure denegatur.

Publici  
et notorii  
refractarii  
qui.

**PONT. A. XVII.** **bedientiam et contumaciam adversus Constitutionem Unigenitus spontè profitentur, vel in antea tactæ vitæ decursu aliquid evidenter commississe noscuntur, manifestè oppositum venerationi, obsequio, et obedientiæ eidem Constitutioni debitæ, in eoque facto moraliter perseverare; quod ita vulgò cognitum est, ut publicum scandalum inde exortum, non adhuc cessaverit; in his enim casibus eadem omnino adest moralis certitudo, quæ habetur de iis factis, super quibus Judex sententiam tulit, vel saltem alia suppetit moralis certitudo prædictæ similis et æquipollens:**

Duplex  
notorii  
species,  
variaque  
demon-  
stratio.

§. 5. In quo tamen præ oculis habenda est differentia quæ intercedit inter notorium illud, quo merum aliquod factum deprehenditur, cuius facti reatus in ipsa sola externa actione consistit, ut est notorietas usurarii aut concubinarij; et aliud notorii genus, quo externa illa facta notari contingit, quorum reatus ab interna etiam animi dispositione plurimum pendet; de quo quidem notorii genere nunc agitur. Alterum enim illud gravibus sanè probationibus evinci debet; sed alterum gravioribus certioribusque argumentis probari oportebit.

Certitudo  
ex quibus  
non satis  
idonea  
habeatur.

§. 6. Ea verò, quam supra innuimus, certitudo minimè adesse dicenda est in aliis casibus, in quibus crimen nititur conjecturis, præsumptionibus, incertisque vocibus, quæ originem suam plerumque debent hominibus aut malo animo affectis, aut qui præjudicatis opinionibus, vel partium studiis ducuntur; quibus dum fides habetur, satis compertum est, tum præteritorum temporum, tum ætatis nostræ experientia, quot modis homines errare et falli, ac in transversum agi contingat.

Quorum-  
dam an-  
xietas in  
dubiis ca-  
sibus.

§. 7. Quia verò nonnulli animarum Pastores, Ecclesiæque Ministri, pietate et zelo commendati, hujusmodi conjecturis et præsumptionibus deferentes, dum ad sacrum Viaticum aliquibus ministrandum advocantur, animo anxii hærent, verentes ne id sine propriæ conscientiæ peri-

ntilo administrare non possint; certam subnectimus agendi regulam, quam sequantur.

§. 8. Hoc itaque primum animadvertere debent, an scilicet ei, qui extremum Viaticum postulat, quum ante ad Sacram mensam accederet, Paschali præsertim tempore, a loci illius Parocho, ubi degebat, Eucharistica Communio administrata fuerit; si enim hæc illi in vita non fuerit denegata, argumento id erit, aut hominem illum ab omni labe immunem, aut saltem non verè notorium peccatorem reputatum fuisse; indeque sequetur, sacrum Viaticum eidem in exitu vitæ publicè postulanti denegari non posse; nisi fortè, postquam olim ad Eucharisticam mensam admissus fuit, et ante id tempus, quo postrema Sacramenta requirit, aliquid commisisse noscatur, quo publici et notorii peccatoris notam, juxta præmissa, contraxerit.

§. 9. Ubi autem ex hac facti specie certum ipsis non suppetat fundamentum, cui insistere valeant; aliunde verò validæ adversus ægrotum præsumptiones, et indicia gravia et urgentia militent, ob quæ obortum sibi scrupulum rationabiliter deponere nequeunt; in his rerum circumstantiis, oportet eos, remotis arbitris, ægrotantem alloqui, eique cum omni lenitate et mansuetudine, non tanquam disputantes, eumque convincere volentes, ostendere, quæ et qualia sint indicia, quæ suspectum reddunt ipsius vitæ tenorem; rogantes eum et obsecrantes, ut resipiscat, in eò saltem temporis articulo, a quo æterna ipsius salutis sors pendet; eidemque præterea demonstrantes, quod, quamvis ipsi parati sint sanctissimum Corporis Christi Viaticum ei ministrare, ac etiam reipsa illud ei ministrent, non ideo tamen tutus ipse erit ante tribunal Christi, sed potius novi et horrendi criminis reum se constituet, ex quo iudicium sibi manducavit et bibit; cæterum se non alia de causa Sacramentum Corporis Christi eidem ministraturos, nisi ut Ecclesiæ jubenti

Art. 1756.

Præscribitur methodus, cui Sacram. minister tuto adherere possit.

**P o r t.** obtemperent, quæ præter eam, quam habet, en-  
**A XVII.** ram, ut scandala publica antevertat, pro sua  
 etiam pietate, ægroti ipsius infamiam præca-  
 vere studet, et idcirco eum a sacra mensa non  
 repellit, dum ipsum, licet peccatorem in con-  
 spectu Domini reputet, non tamen in proprio  
 Tribunali publicum atque notorium peccatorem  
 agnoscit.

**Hortatio** §. 10. Hanc itaque judicandi agendique nor-  
**ad Præpu-** mam oportet vos, Venerabiles Fratres, utpote  
**les,** ut Nostro et Apostolicæ Sedis iudicio probatam,  
**traditam** inferioribus animarum Pastoribus, cæterisque  
**regulam** Presbyteris per Civitates et Dioceses vestras  
**sectentur,** Sacramenta legitime administrantibus, sequen-  
**aliisque** dam et observandam proponere. Quod quidem  
**propo-** iudicium super vigentibus controversiis a Nobis  
**nant ser-** interpositum, et Ecclesiasticis regulis nititur,  
**vandam.** et Conciliorum olim in ipsis Galliarum regio-  
 nibus habitorum decretis, et gravium ipsius  
 Nationis vestræ Theologorum sententiis fulci-  
 tur. Ut igitur vobis laudi fuit, illustrium Præ-  
 decessorum vestrorum exempla sequendo, pro-  
 motas istic controversias subortaque dubia ad  
 Nos et Apostolicam Sedem deferre, certamque  
 hinc regulam, ad revocandam tuendamque Ec-  
 clesiarum vestrarum pacem, exposcere; ita nunc  
 officii vestri partes, vestraque simul apud Deum  
 et Ecclesiam merita cumulabitis, si suprascriptam  
 agendi methodum, ab iis, ad quos per-  
 tinet, in occurrentibus casibus omnino servari  
 curabitis. Quod Nos a Fraternitatibus vestris  
 eò fidentius expectamus, Nobisque pollicemur,  
 quò magis Nobis ipsi conscii sumus, nihil di-  
 ligentiæ aut studii a Nobis prætermisum fuisse,  
 sive in perpendendis ac discutiendis articulis,  
 quos Episcopi in præfatis Cleri Comitibus adu-  
 nati, licet non unanimi sententiâ, proposue-  
 runt, desumendisque ex ipsa eorum discrepan-  
 tia notionibus, ad rem penitus percipiendam,  
 rectoque iudicio definiendam opportunis; sive  
 in legendis ponderandisque sententiis scripto  
 exaratis a Venerabilibus Fratribus nostris hu-



ius S. R. E. Cardinalibus, quorum hæc de re **ANNO**  
*consilia exquisivimus; sive in cæteris omnibus* **1756.**  
*S. Leonis*, pergiturque Garnerius in *suis notis ad*  
*citatum Diurnum Romanorum Pontificum cap. 3.*  
*titul. 3.* neque in Vitis Diaconorum, qui Ponti-  
 fices facti sunt, mentio occurrat de collato  
 ipsis Presbyterali Ordine ante Consecrationem  
 Episcopal. ; ex hoc tamen antecedenti nunquam  
 inferri tutò poterit, non fuisse iisdem ante Con-  
 secrationem Episcopalem collatum Ordinem Pres-  
 byteratus, imo verò locum habet præsumptio,  
 commemoratis priori veluti extremo, Diaconatu  
 nimirum, nec non posteriori, scilicet Episco-  
 patu, non fuisse neglecta intermedia, ac pro-  
 inde ipsam Presbyteratus collationem.

Affirman-  
 tium ob-  
 jectio,  
 congrua-  
 que ejus-  
 dem solu-  
 tio.

§. 12. Advertunt quidem accurati, eruditi-  
 que oppositæ sententiæ propugnatores, cum  
 Photius cætera inter objecta in Ecclesiam Lati-  
 nam proposita, hoc quoque inseruisset, Episco-  
 pos assumi ex Diaconis, non collato ipsis an-  
 tea Presbyteratu; post Photii objectionem, in  
 electionibus Diaconorum in Pontifices, conspici  
 perspicuè expressèque adnotatum, fuisse ipsis,  
 ante Papalem Consecrationem, collatum Ordi-  
 nem Presbyteratus. At ne id quidem satis, ut  
 tuta fiat assumptio; reponi namque verosimilius  
 potest, Photium tot inter falsas criminationes  
 adversus Latinam Ecclesiam excogitatas, eam  
 quoque proposuisse, Diaconos nimirum inungi  
 Episcopos, non collato ipsis ante Presbyterali  
 Ordine; criminationis causâ nimirum exinde  
 per ipsum derivata, quod videret, in actis ele-  
 ctionis Diaconorum ad Summum Pontificatum;  
 vel ad Episcopatum, nullam fieri mentionem  
 de collato Presbyteratu; ideoque ad ipsam

fici, ed anche ne' detti secoli si ritrovino molti Diaconi fatti Vescovi, come si vede nel *Diurno de' Romani Pontefici*, stampato dall' Holstenio, Opera del secolo settimo; il che deriva dall' ingerenza, che avevano i Diaconi, e particolarmente gli Archidiaconi, nel governo del Ponteficato, o del Vescovado, come molto bene osserva il Papebrochio nel *Conato sopra la Vita di S. Leone*, e prosiegue il Garnerio nelle *sue note sopra il citato Diurno de' Romani Pontefici al cap. 3. tit. 3.* e nelle *Vite de' Diaconi fatti Papi* non si faccia menzione dell' Ordine Presbiterale conferito ad essi prima della consecrazione Vescovile; da questo antecedente però non può mai inferirsi una sicura conseguenza, che ad essi prima della consecrazione Vescovile non fosse conferito il Presbiterato: anzi ha luogo la presunzione, che, fattasi menzione del primo estremo, cioè del Diaconato, e dell' altro estremo, cioè del Vescovado, non si siano trascurati gli atti intermedj, e per conseguenza la collazione del Presbiterato.

§. 12. Riflettono, è vero, gli accurati, ed eruditi difensori del contrario parere, che avendo Fozio fra le altre opposizioni fatte contra la Chiesa Latina, inserita ancor quella, che si eleggevano i Vescovi, ch' erano Diaconi; senza prima farli Preti; dopo l' opposizione di Fozio si vede nell' elezione de' Diaconi in Papa chiaramente ed espressamente riferito, che prima della consecrazione Papale, si era loro conferito l' Ordine Presbiterale. Ma ciò nemmeno basta per assicurare l' assunto; potendosi sempre con molta probabilità replicare, che Fozio fra tante altre false accuse proposte contra la Chiesa Latina, proponesse ancor quella, che i Diaconi si facevano Vescovi, senza prima dar loro l' Ordine Presbiterale; che il fondamento dell' accusa fu per appunto da esso ricavato dal vedere, che negli atti dell' elezione de' Diaconi al Sommo Ponteficato, o al Vescovado, non si parlava della collazione del Presbiterato:

Obiezione di chi tiene affermativa, e sua risposta.

PONT. quoque inensationis speciem removendam, existimatum fuisse peropportunum in historica narratione Electionis Pontificum et Episcoporum, qui antea Diaconi erant, meminisse Sacerdotalis Ordinis iisdem collati: quæ quidem animadversiones ut minimum probabiles multum detrahunt jactatæ certitudini, Diaconos quondam consuevisse in Pontifices, Episcoposve, Ordine Presbyterali non suscepto, consecrari.

Data responsio confirmatur proposito simillimæ sanctionis exemplo.

§. 13. Sacro Tridentino Concilio *Sess. 22. cap. 2. de Reform.* cavetur, ne eligi quisquam possit Episcopus, qui sex antea mensibus non fuerit sacro Ordine initiatus: *Quicumque posthac ad Ecclesias Cathedralis erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, vita, ac aliis, quæ a sacris Canonibus requiruntur, plenè sit præditus, verùm etiam in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio, constitutus.* Cùmque ulterius non progrediatur Concilium, nec edicat, electum hujusmodi, antequam Consecrationem recipiat Episcopalem, ordinandum Diaconum et Presbyterum; quis unquam auserit asserere, ex Tridentini sanctione, Subdiaconum fieri posse Episcopum, aut unquam Subdiaconos consecratos fuisse Episcopos, Diaconatu, ac Ordine Presbyterali non suscepto? Imo verò quisque consentiet, satis fuisse Concilio inquirere, quò gradu esse debet assumendus in Episcopum, nec censuisse, exprimendos tunc cæteros sacros Ordines, quibus erat ante Episcopalem consecrationem initiandus.

Confir. matur opportunissima alia similitudine argumētum.

§. 14. Ad hæc, cùm post plures annos a Tridentino Concilio obtinuerit stylus inserendi in Bulla data ad Subdiaconum electum in Episcopum, sequentia verba, antea prætermissa: *Tecum, ut Ecclesie N. præfici, illique præesse, ipsamque in spiritualibus, et temporalibus regere, et gubernare, ac minus Consecrationis prædictum, postquam tamen ad Sacros Diaconatus, et*

e che però, per levare anche l'apparente pretesto, che diede fomento all'accusa, fosse creduto bene il far memoria nella Storia dell'elezione de' Papi, e de' Vescovi, che erano Diaconi, dell'Ordine Sacerdotale ad essi conferito; riflessioni per lo meno probabili, e che escludono l'avanzata sicurezza, che i Diaconi si eleggessero Papi, e Vescovi, senz'aver prima ricevuto l'Ordine Presbiterale.

ANNO  
1758.

§. 13. Il sacro Concilio di Trento *alla Sess. 22. cap. 2. de Reform.* stabilisce, che non possa uno esser eletto in Vescovo, che, prima non sia stato sei mesi nell'Ordine Sacro: *Quicumque posthac ad Ecclesias Cathedralis erit assumendus, is non solum natalibus, cetate, moribus, vita, ac aliis, quæ a sacris Canonibus, requiruntur, plenè sit præditus, verùm etiam in Sacro Ordine antea, saltem sex mensium spatio, constitutus*: e non passando il Concilio più oltre, e non dicendo, che il sopraddetto, prima di ricevere la consecrazione Vescovile, prenda il Diaconato, e Presbiterato; chi sarà mai, che ardisca di dire, potersi in sequela del Concilio di Trento far Vescovo un Suddiacono, o essersi fatti Vescovi i Suddiaconi, senza prima aver ricevuto il Diaconato, e l'Ordine Presbiterale? Ciascheduno dirà, essersi il Concilio contentato d'indicare lo stato, in cui doveva ritrovarsi chi doveva esser Vescovo, e non aver creduto di dover in quella congiuntura esprimere gli altri Ordini Sacri, che doveva ricevere prima della consecrazione Vescovile.

Si corrobora la risposta con un argomento preso dall'intelligenza d'una legge del tutto simile.

§. 14. Di più, molti e molti anni dopo il Concilio di Trento essendosi introdotto il costume di mettere nella Bolla del Suddiacono, che si elegge al Vescovado, le seguenti parole; che prima non v'erano: *Tecum, ut Ecclesie N. præfici, illique præesse, ipsamque in spiritualibus, et temporalibus regere, et gubernare, ac munus consecrationis prædictum, postquam*

Si accresce la forza all'argomento con un'altra similitudine.

PONT. *Presbyteratus Ordines te promovere feceris etc.*;  
 A.XVII. uti videre est apud Rigantium *ad regul.* 24.  
*Cancellaricæ totis.* 2. §. 1. num. 17. Quis unquam  
 in Bulla perlegens prædicta verba antea non  
 adhibita, tam fidenti animo erit, ut asserat,  
 intermedio tempore, inter Concilium Triden-  
 tinum, invecamque praxim inserendi in Bulla  
 præmemorata formulam, Subdiaconos conse-  
 crari consuevisse Episcopos, non præsuscepto  
 Diaconatu et Presbyteratu? Fatebitur quisque,  
 placuisse ex accuratiori quodam studio id in  
 Bulla exprimere, quod antea non exprimeba-  
 tur quidem, sed pro indubio certoque habe-  
 batur.

Fundam. §. 15. Verum, rem Nostram repetentes, re-  
 quibus, tinentesque, quod mox supra sumus polliciti,  
 præter- velle Nos propositum quæsitum dirimere, in-  
 missis in- tactis penitus relictis Quæstionibus Scholasticis  
 dicatis. satis involutis, prætermissoque accurato ex-  
 contro-amine præfati historici facti, dicemus, sublatis  
 versis, Electionibus olim celebrari solitis a Canonicis  
 præsens vacantis Ecclesiæ, ob gravia inde profluentia  
 questio incommoda, restitutaque veteri disciplina, pro-  
 dirimitur videndi Episcopatibus per Apostolicam Sedem;  
 salvis tamen Concordatis initis cum aliquibus  
 Nationibus, in quibus, retentis Electionibus,  
 earum confirmatio reservatur Romano Ponti-  
 fici, in eundem quoque recidit jus consecrandi  
 Episcopos, vel constituendi delegatos ad Con-  
 secrationem perendam; etsi superioribus sæ-  
 culis Suffraganeorum consecratio esset Metro-  
 politæ reservata, nec manus in ea apponeret.  
 Summus Pontifex, præterquam si quandoque  
 Metropolitæ injustè Suffraganeam consecrare  
 abnueret, veluti noscitur ex *Rhamensi historia*  
 Frodoardi, atque etiam ex *Annalibus Cardinalis*  
 Baronii *ad annum Christi 885.*, ubi cum Ponti-  
 ficem Stephanum VI. appellasset. electus ad  
 Episcopatum Lingonensem, retulissetque, Lug-  
 dunensem Archiepiscopum Metropolitanam suam,  
 detrectatam, ipsi consecrationis munus impertiri,

Quidquid  
 vetustior.  
 temporib.  
 obtinuer-  
 rit, nunc  
 Episcop.  
 consecr.  
 est Pape  
 reservata.

*tamen ad Sacros Diaconatus; et Presbyteratus Ordines te promoveri feceris etc.*, come può vedersi nel Riganti *ad regul. 24. Cancellariæ tom. 2. §. 1. num. 17.* chi sarà mai, che, vedendo nella Bolla le accenate parole, che prima non v'erano, avrà il coraggio di dire, che fra il tempo del Concilio di Trento, e l'altro, in cui s'incominciò ad inserire la sopradetta formola nella Bolla, i Suddiaconi si facessero Vescovi senza prima aver ricevuto il Diaconato, ed il Presbiterato? Ciascheduno dirà, essersi per maggiore accuratezza voluto esprimere nella Bolla ciò, che prima non si esprimeva, ma si supponeva.

ANNO  
1756.

§. 15. Ma, ritornando al nostro proposito, Fondame-  
e memori di quanto abbiamo poc' anzi detto, menti, su  
di risolvere il proposto quesito, senza punto de' quali,  
entrare nelle spicose questioni scolastiche, e lasciate  
senza formalmente assù mere l'esame del so- da parte  
pradetto fatto istorico, diremo, che tolte di le dispute  
mezzo l'elezioni, che una volta si facevano ai appoggia  
Vescovadi dai Canonici della Chiesa vacante, la deci-  
in sequela de' gravi disordini, che in esse se- sione del-  
guivano, e riassunta l'antica precedente disci- la pre-  
plina, che la provista de' Vescovadi si faccia sente que-  
dalla Santa Sede; salvi però i Concordati fatti stione.  
con alcune Nazioni, ne' quali, ammesse lee le-  
zioni, si riserva la conferma d'esse al Sommo  
Pontefice; resta devoluto al Papa il diritto di  
consecrare i Vescovi, o di deputare chi faccia  
la Consecrazione: ascorchè ne' secoli prece-  
denti, la consecrazione de' Suffraganei fosse ri-  
servata al loro Metropolitano, nè il Sommo  
Pontefice vi s'ingerisse, se non nel caso, in  
cui il Metropolitano ingiustamente ricusasse di  
consecrare il suo Suffraganeo, come si vede  
nella Storia Remense di Frodoardo, ed anche  
negli Annali del Cardinale Baronio all' anno di  
Cristo 885., ove, essendo ricorso al Pontefice  
Stefano VI. l' eletto al Vescovado Lingonense,  
ed avendogli esposto, che l'Arcivescovò di Lione,

Che che  
ne fosse  
antica-  
mente, in  
oggi la  
consecra-  
zione de'  
Vescovi è  
riservata  
al Papa.

PONT. præmissis iteratis monitionibus, ut implorata  
 A. XVII. Consecrationem perageret, ipsoque Archiepiscopo  
 in sua contumacia obfirmato, Pontifex, usus  
 competenti sibi in universam Ecclesiam aucto-  
 ritate, in Episcopum eundem consecravit. Vi-  
 gens nunc temporis disciplina describitur a  
 Gonzalez in *Cap. Nec Episcopus*, num. 6. *de*  
*tempor. Ordinatio.*, per hæc verba: *Hodie conse-*  
*cratio Episcoporum, non ex Metropolitanæ jussu,*  
*sed Pontificis mandato fit; cum enim Romanus*  
*Pontifex sibi reservaverit Cathedralium Ecclesia-*  
*rum collationem, similiter ab ejus libito penderè*  
*voluit Episcoporum consecrationem: quod ipsum*  
*in Pontificali Romano quoque accuratè descri-*  
*bitur, tit. de consecrat. electi in Episcopum,*  
*hæcque sunt verba: Nemo consecrari debet,*  
*nisi prius constet Consecratori de commissione*  
*consecrandi, sive per litteras Apostolicas, si sit*  
*extra Curiam, sive per commissionem vive vocis*  
*oraculo a Summo Pontifice consecratori factam, si*  
*consecrator ipse sit Cardinalis: pergitque Schmier*  
*tom. 1. Jur. lib. 1. tract. 3. cap. 1. num. 569.*  
*Moderno jure consecratio Episcoporum, et Ar-*  
*chiepiscoporum, Summo Pontifici reservata est;*  
*et ab eo specialiter delegandam esse, communi-*  
*ter dicitur.*

Regula  
 in dele.  
 gandis  
 frag. et  
 Metrop.  
 consecra-  
 tionibus  
 præscript.  
 Bened.  
 XIII.

§. 16. Munificus Nobis Pontifex Benedictus  
 XIII. curavit pro viribus intactum servare jus  
 Pontificium, salvo, vel certè quominus fieri  
 potuit immutato veteri jure Metropolitico ex-  
 presso in *Cap. Si Archiepiscopus, et in Cap.*  
*Nec Episcopus, de temporib. Ordinationum:*  
 quoad consecrationem Suffraganeorum. Itaque  
 cum animadvertisset, consuetam Bullam, qua  
 absentibus Episcopis fit facultas suscipiendi con-  
 secrationem, conceptis hisce verbis expressam  
 esse: *Cuiuscumque, quem maluissent, Catholico*  
*Antistiti, gratiam, et communionem Sedis Apo-*  
*stolicæ habenti: jussit, Mandatum de consecrando,*  
 quod Suffraganeo Episcopo concederetur, im-  
 posterum dirigi ad ejus Metropolitanum, tri-



suo Metropolitanò, ricusava di consecrarlo; dopo averlo più volte ammonito di fare la richiesta consecrazione; e persistendo l'Arcivescovo nella sua contumacia; esso, servendosi della sua autorità nella Chiesa universale, lo consecrò Vescovo. La corrente disciplina viene descritta dal Gonzalez nel Cap. *Nec Episcopus, ab num. 71 de temporibus Ordinari*, ed ecco le di lui parole: *Hodie consecratio Episcoporum, non ex Metropolitanari jussu, sed Pontificis mandato fit; cum enim Romanus Pontifex sibi reservaverit Cathedralium Ecclesiarum collationem, similiter ab ejus libito pendere voluit Episcop. consecrationem*: il che pure è pontualmente espresso nel Pontificale Romano *al tit. de consecrat. electi in Episcopum*; ed eccone le parole: *Nemo consecrari debet, nisi prius constet Consecratori de commissione consecrandi, sive per litteras Apostolicas, si sit extra Curiam, sive per commissionem vive vocis oraculo à Summo Pontifice consecratori factam, si consecrator ipse sit Cardinalis*: e prosiegue lo Schmier tom. 1. *Jur. lib. 1. tract. 3. cap. 1. num. 569. Moderno jure consecratio Episcoporum, et Archiepiscoporum, Summo Pontifici reservata est; et ab eo specialiter delegandam esse, communiter dicitur.*

§. 16. Il Pontefice Benedetto XIII nostro Benefattore, fece quanto potè per mantenere il diritto Papale, senza recare, o col recare il minore possibile pregiudizio all'antico jus Metropolitanico, esposto nel Cap. *Si Archiepiscopus*, e nel Cap. *Nec Episcopus, de temporibus Ordinationum*, rispetto alla consecrazione de Suffraganei: ed avendo osservato, che la solita Bolla, in cui si concede ai Vescovi assenti il ricevere la consecrazione, era concepita colle seguenti parole: *Cuicumque, quem maluissent, Catholico Antistiti, gratiam, et communionem Sedis Apostolicæ habenti*: ordinò, che il Mandato de consecrando, che si concedeva da un Vescovo Suffraganeo, in avvenire si dirigesse

ANN 8  
1756.

Metodo  
prescritto  
da B. ne-  
detto XIII  
nel delé-  
gare la  
consecra-  
zione del-  
li Suffra-  
ganei, e  
Metropol-  
itani.

**PONT.** buta simul ipsi facultate, si aliquo detineretur  
**A.XVII.** impedimento subdelegandi alium sibi benevi-  
 sum Episcopum : casu autem sese offerente  
 consecrandi Metropolitanam, constituit, ut Man-  
 datum *de consecrando* antiquiori Episcopo Suf-  
 fraganeo inscriberetur, superaddita facultate,  
 aliquo superaccidente impedimento, eum,  
 quem maluisset Episcopum, substituendi. Ve-  
 rum tot tantæque excitatæ expostulationes, et  
 querelæ, non solum propter incommoda, sed  
 et ob sumptus necessariò subeundos, si Suffra-  
 ganeo adeundus fuisset suus Metropolitæ, ut  
 consecraretur, vel Metropolitæ Suffraganeus  
 per ipsum consecrandus, ut quum Nos nullis  
 licet Nostris suffragantibus meritis, ad Sum-  
 mum Pontificatum fuimus eVecti, restitutam  
 invenerimus veterem formulam, juxta quam,  
 uti prædictum est, Mandatum *de consecrando*  
 ad eum dirigitur Episcopum, quem sibi con-  
 secrandus elegit. Nec Nobis aliud quidquam  
 datum, quam aliquid præscribere circa Epi-  
 scoporum consecrationes, quæ in Urbe pera-  
 guntur; statuimus namque, Consecrandum,  
 cui facultas fit eligendi Consecratoris, seligere  
 debere aut unum ex Cardinalibus Episcopali  
 Characterè insignitum, aut aliquem ex quatuor  
 Patriarchis plerumque in Urbe residentibus,  
 scilicet vel Constantinopolitanum, vel Alexan-  
 drinum, vel Antiochenum, aut Hierosolymi-  
 tanum; eo tantum excepto casu, quo nemo  
 ex præfatis, quod perdifficile est, oblatum sibi  
 consecrationis peragendæ munus acceptum ha-  
 beret; in hac quippe casu hypothèsi, facta  
 est Episcopo Consecrando facultas adeundi  
 alium quemcumque Archiepiscopum, Episco-  
 pumve, qui ei consecrationem impenderet.  
 Neque in his edendis sanctionibus excidit No-  
 bis Metropolitanarum memoria; cum constitu-  
 erimus, ne, si in Urbe præsentès sint Metro-  
 polita, ejusque Suffraganeus, consecratio Suf-  
 fraganei cuiquam, præterquam suo Metro-  
 politæ, delegetur.

Nova  
 Methodus  
 a Pontifice  
 præfinita  
 consecra-  
 tionibus  
 Episcopo-  
 rum in  
 Urbe per-  
 agendis.

al suo Metropolitano, colla facoltà ad esso, in caso d'impedimento, di poter sostituire un altro Vescovo, che a lui fosse piaciuto; e succedendo il caso della consecrazione del Metropolitano, stabilì, che il Mandato *de consecrando* si dirigesse al Vescovo Suffraganeo più antico, colla facoltà ad esso, in caso d'impedimento, di sostituire quel Vescovo, che gli fosse piaciuto. Ma furono tali, e tanti i reclami e le querele, che si eccitarono, non meno per gl'incomodi, che per le spese, che sarebbero state necessarie, se il Suffraganeo avesse dovuto andare a ritrovare il suo Metropolitano, per essere consecrato, o se il Metropolitano avesse dovuto andare a ritrovare il suo Suffraganeo per consecrarlo, che ascisi senza verun nostro merito al Sommo Pontificato, ritrovammo rimessa in piedi l'antica formola, giusta la quale, come si è detto, il Mandato *de consecrando* si dirige a quel Vescovo, che vien prescelto da quello, che dee consecrarsi. Nè a Noi è stato permesso il far' altro, che il dare qualche regola alle consecrazioni de' Vescovi, che si fanno in Roma; avendo stabilito, che il Consecrando, a cui, secondo il solito, si dà la facoltà di eleggere il Consecratore, debba' eleggere o uno de' Cardinali insignito del Carattere Vescovile, o uno de' quattro Patriarchi per lo più residenti in Roma, cioè o quello di Costantinopoli, o quello d'Alessandria, o quello di Antiochia, o quello di Gerusalemme: eccettuato solo il caso, in cui veruno de' predetti, il che è assai difficile che succeda, accettasse di fare la consecrazione; essendosi in queste circostanze data al Vescovo Consecrando la licenza di ricorrere a qualunque altro Arcivescovo, o Vescovo, per ricevere da esso la consecrazione. Ne in queste nostre ordinazioni ci siamo scordati de' Metropolitani; avendo stabilito, che, ritrovandosi in Roma il Metropolitano, ed il di lui Suffraganeo, non si commetta a verun altro, che al Metropolitano, la consecrazione del Suffraganeo.

A. M. N. O.  
1756.

Nuova  
regola  
prescritta dal S.  
Pontefice  
per le con-  
secrazioni  
dei Vescovi,  
che si  
fanno in  
Roma.

PONT. §. 17. Evincit historica hæc narratio; quæ  
 A. XVII. doquidem Episcopi, sive a Summo Pontifice,  
 Ex præ- sive a proprio Episcopo in Presbyterum ordi-  
 missis nati, Consecratio est Summo Pontifici reser-  
 conclusi- vata, nunc temporis jus esse Pontificibus præ-  
 tur, in- cipuum, consecrationem Episcopalem peragere,  
 discrimi- nata, vel aliis eam peragendam delegare; ideoque  
 natim omnino extraneam fieri quæstionem, num, si,  
 Episcopo- cuti ordinatus Diaconus a Pontifice, ab uno  
 rum con- tantummodo Pontifici, vel ab alio ex ejus-  
 secratio- dem Mandato potest ad Presbyteratum pro-  
 nes ad Pa- moveri, idem pronunciandum sit de Sacerdote  
 panæ spe- per Pontificem ordinato, qui inaugurandus est  
 ctare, Episcopus, nimirum hujus quoque consecratio-  
 ideoque nem a Papa tantummodo, sive ab alio per ip-  
 super- sum delegato, esse perficiendam. Extraneæ iti-  
 fluum, dem fiunt quæstiones scholasticæ de Episcopatu,  
 prænota- sit ne ille Ordo distinctus a Presbyteratu, an im-  
 tas quæ- pressus per ipsum character alius sit a cha-  
 stiones ractere impresso in susceptione Presbyteratus,  
 aggredi. vel sit ejusdem ampliatio, extensioque; eo-  
 demque loco habenda est quæstio historica  
 num Diaconi fuerint unquam ad Summum Pon-  
 tificatum, vel Episcopatum assumpti, non præ-  
 suscepto Presbyterali Ordine: positiva quippe  
 lex viget, reservans Pontifici Maximo Episco-  
 porum Consecrationes, sive Episcopatus Ordo  
 distinctus sit a Presbyteratu, sive non; et im-  
 pressus in eo suscipiendo character alius sit,  
 vel potius ampliatio characteris per Presbyte-  
 ratum impressi; fuerintve aliàs, vel non: fue-  
 rint inaugurati Pontifices, seu Episcopi, Dia-  
 cono non antea Sacerdotes ordinati, ob eam  
 rationem, quod in Episcopatu *eminenter* con-  
 tineatur Presbyteratus. Hujusmodi enim quæ-  
 stiones nullum præstare possunt impedimentum  
 juri consecrandi Episcopos, ad Pontificem, uti  
 prædictum est, devolutum, iisdemque locus  
 tantummodo erit quoad peractas consecratio-  
 nes: quum nemo prohibeat disceptare, num  
 Episcopatus sit Ordo a Presbyteratu distinctus;  
 an character in Episcopali consecratione im-

§. 17. Comprova questa storica narrativa, che, essendo riservata al Papa la consecrazione del Vescovo, o abbia questo ricevuto il Presbiterato dal Sommo Pontefice, e dal suo Vescovo, è oggidì diritto privativo Papale il consecrare, o deputare altri, che consacri; e che perciò resta affatto estranea la controversia, se, siccome chi è stato fatto Diacono dal Papa, non può, che da esso, o da altri con sua licenza, esser promosso al Presbiterato, debba dirsi lo stesso rispetto al Sacerdote ordinato dal Papa, che si fa Vescovo, cioè che la di lui consecrazione in Vescovo debba farsi unicamente dal Papa, o da altri per sua commissione. Restano in oltre estranee le controversie scholastiche sopra il Vescovado; se sia Ordine distinto dal Presbiterato, se il Carattere, che in esso s'imprime, sia distinto dall'impresso nel Presbiterato, o sia estensione dello stesso; e nella medesima classe dee riporsi la questione storica, se i Diaconi si siano mai fatti Papi, o Vescovi; senza prima aver ricevuto l'Ordine Presbiterale: essendovi di mezzo una legge positiva, che riserva al Sommo Pontefice la consecrazione de' Vescovi, o sia, o non sia il Vescovado un'Ordine distinto dal Presbiterato, o il Carattere, che in esso s'imprime, sia differente, o sia estensione dell'impresso nel Presbiterato, o siansi, o non siansi altre volte fatti Papi, o Vescovi, i Diaconi, senza prima essere stati ordinati preti, per la ragione, che nel Vescovado *eminenter* si contenga il Presbiterato: non dovendo, nè potendo simili questioni porre verun ostacolo al jus di consecrare i Vescovi, devoluto, come si è detto, al Papa: e potendo semplicemente esser luogo alle medesime sopra le consecrazioni fatte; non essendovi chi impedisca il questionare, se il Vescovado sia un Ordine distinto dal Presbiterato, se il Carattere impresso nella consecrazione Vescovile sia differente, o sia un' estensione del Carattere im-

ANN. 1756.

Si conclude esser diritto privativo del Papa, il consecrare per se stesso, o per mezzo di un suo Delegato; in qualunque caso i Vescovi, e perciò restar superfluo l'esame delle questioni promosse.

PONT. pressus differat, vel potius sit ampliatio quædam characteris in collatione Presbyteralis Ordinis impressi, itidemque an vetustioribus temporibus a Diaconatu factus sit transitus ad Episcopatum, Ordine Presbyterali non antea suscepto.

Accommodatissimo exemplo res illustratur.

§. 18. Res Nobis videtur satis perspicua: at quoties ad eandem vel magis illustrandam exemplo aliquo opus esset, illud minimè desideraretur. Fuit aliàs instituta quæstio, an qui a Pontifice Ordinem suscepisset, exemptus propterea maneret a jurisdictione proprii Episcopi: et Pontifex Innocentius III. in sua Decretali *Per tuas, de majoritate, et obedientia*, negativum edidit responsum: *Ad quod breviter respondemus, quod, etsi decens sit, ut illis, quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius Ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam aliàs tibi debent, minimè absolvuntur.* Hac sublata quæstione, alia in medium prolata est; nimirum, an præservata ab Innocentio III. obedientia eousque pertingeret, ut si Ordinatus a Pontifice esset a collato sibi Ordine suspendendus vel deponendus, præstari id posset ab Episcopo, vel potius esset Pontifici reservatum. Glossa, Innocentius, aliique apud Joannem Andream in suis *Commentariis in Cap. Per tuas, num. 5. de majoritate, et obedientia*, docent præstari id non posse ab Episcopo: Oppositæ sententiæ adhærent Abbas num. 2., Felinus col. 1., Layman ad præcitatum *Capitulum*. Hallier autem part. 2. sect. 5. cap. 3. art. 9. §. 1. num. 6. mediam quamdam sequitur viam: censet nimirum, debere Episcopum conficere processum, et ad Pontificem transmittere, ut ipse in eum, quem ordinavit, sententiam proferat; id ita exposcente obsequio Summo Pontifici exhibendo. Hoc posito, si, ob prænotatam opinionum varietatem de Ordinato a Pontifice in Diaconum, vel Presbyterum, quoties res est

presso nella collazione dell' Ordine Presbiterale, ANNO  
1756.  
come pure, se ne' tempi da noi remoti siasi  
dal Diaconato passato al Vescovado senza prima  
aver ricevuto l' Ordine Presbiterale.

§. 18. L' affare ci sembra assai chiaro : ma, Sipose in  
chiaro il  
tutto con  
una pari-  
tà pro-  
priissima.  
quando vi fosse bisogno di qualche esempio  
per renderlo sempre più chiaro, esso non man-  
cherebbe. Fu promossa in altri tempi la que-  
stione, se avendo taluno ricevuto dal Papa l'  
Ordine, restasse perciò sottratto dalla giurisdizione  
del suo Vescovo : ed il Pontefice Innocenzo III.  
nella sua Decretale *Per tuas, de majoritate, et obedientia*,  
rispose di nò : *Ad quod breviter respondemus, quod, etsi decens sit, ut illis, quantum convenit, a te inter alios tibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolica collatione ipsius Ordinis honoravit, per eam tamen ab obedientia, quam aliis tibi debent, minimè absolvuntur.* Sopito questo punto, ne fu  
posto sul tavoliere un altro ; e fu, se l' ob-  
bedienza preservata da Innocenzo III. arrivasse  
a tal segno, che, meritando l' ordinato dal  
Papa d' esser sospeso, o deposto dall' Ordine  
conferitogli, ciò potesse farsi dal Vescovo,  
o appartenesse al Papa. La Chiosa, Innocenzo,  
ed altri appresso Giovanni Andrea *ne' suoi  
Commenti sopra il Cap. Per tuas, num. 5. de  
majoritate et obedientia*, insegnano, non po-  
tersi fare il passo dal Vescovo. Sono di con-  
trario parere l' Abbate *al num. 2.*, il Felino  
*alla col. 1.*, ed il Layman *sopra il citato Capi-  
tolo. E l' Hallier nella part. 2. sect. 5. cap. 3.  
art. 9. §. 1. n. 6.* prende un partito di mezzo ;  
ed è, che il Vescovo dee fare il Processo, e  
mandarlo al Papa, acciò esso proferisca la sen-  
tenza sopra il suo Ordinato ; così esigendo  
l' ossequio dovuto al Sommo Pontefice. Ciò pre-  
messo, se stante la varietà delle opinioni ri-  
spetto a quello, che è stato ordinato Diacono,

**PONT.** de eo suspendendo, vel deponendo ab Ordine  
**A. XVII.** suscepto; exposceret quisquam, quomodo transigendum sit negotium, quoties consecratus a Pontifice Episcopus, suspendi, deponive promereretur, nulla interposita mora quisque responderet, unius Pontificis esse suspensionis, vel depositionis pœnas irrogare, cum sacris Canonibus, sacroque Concilio Tridentino cautum sit *cap. 8. Sess. 13. de Reform.* ut Episcoporum causæ, in quibus pro criminis objecti qualitate, comparere debeant, coram Pontifice Maximo referantur, et terminentur, sive fuerint Episcopi ab ipso consecrati, sive ab alio quocunque per ipsum ad id delegato. Idipsum igitur, et in hac facti specie statuendum est, jus esse præcipuum Romani Pontificis peragere per se, vel aliis peragendam delegare Consecrationem Episcopi sive a Pontifice, sive ab Ordinario suo in Presbyterum ordinati; urgente quoad utramque facti speciem eadem ratione, intermediæ legis peculiaris, perspicuis verbis conceptæ, omnemque submoventis controversiam.

De Justinopolit. Episcopi consecrat. quid peracturus sit Pontifex, de-claratur. §. 19. Cùm itaque, uti prædictum est, reservata sit Pontifici consecratio, ab ipsomet, vel ab alio ex ejusdem mandato, peragenda, videris ipse ex Nobis modestè sciscitari, de tua Consecratione quid Nobis sit in animo. Cui quidem interrogationi respondemus, propositum Nobis esse, eandem per Nos ipsos peragere, sequendo exemplum factæ tibi collationis Diaconatus et Presbyteratus a Munifico Nobis Pontifice Benedicto XIII., necnon in publicum testimonium amoris, quo te, virtutemque tuam complectimur, gratamque memoriam ejus, qua Nos prosequabatur prædefunctus Patruus tuus Urbevitanus Episcopus, benevolentia. Verùm quia, qua sæpe laboramus, podagra efficere Nos potest minus idoneos satis prolixæ functioni per Nos obeunda, si id unquam, (quod



o Prete dal Papa, quando si tratta delle di lui sospensione, o deposizione dall'Ordine ricevuto, taluno richiedesse, come debba regolarsi la faccenda, quando il Vescovo consecrato dal Papa, meritasse d'esser sospeso, o desposto; senza punto esitare, ciascheduno risponderebbe, appartenere al solo Papa il sospendere, o il deporre; essendo già stabilito ne' sacri Canoni, e nel sacro Concilio di Trento *al cap. 8. della Sess. 13. de Reform.* che le cause de' Vescovi, nelle quali per la qualità dell'accusa debbono comparire, siano referite avanti il Papa, e da esso terminate, o siano stati i Vescovi consecrati da lui, o da altri per sua commissione. Dee dunque dirsi lo stesso anche nel caso presente, cioè essere jus privativo del Romano Pontefice il consecrare, o commettere ad altri la consecrazione del Vescovo, o abbia questi ricevuto il Presbiterato dal Papa, o dal suo Ordinario; militando nell'uno, e nell'altro caso la stessa ragione della legge particolare intermedia, che parla chiaro, e toglie di mezzo tutte le brighe.

§. 19. Restando, come si è detto, riservata al Papa la consecrazione, da farsi o da esso a drittura, o per sua commissione da altri, ci sembra, ch'ella modestamente ci richieda, cosa intendiamo di fare della sua. Al che rispondiamo, essere la nostra intenzione di farla Noi stessi, seguitando l'esempio della collazione del Diaconato, e Presbiterato, fattale dal Pontefice nostro Benefattore Benedetto XIII., e per dare un pubblico attestato dell'affetto, con cui risguardiamo la sua Persona, ed il suo merito, e della memoria, che conserviamo, dell'amicizia che per Noi professava il suo Zio defunto Vescovo d'Orvieto. Ma, perchè la nostra podagra può inabilitarci alla lunga funzione: quando si faccia da Noi, se ciò mai (che Iddio non voglia) succedesse, vogliamo almeno esser pre-

ANNO  
1756.

Dichia-  
razioni di  
quanto il  
S. Ponte-  
fice in-  
tende fare  
intorno  
alla con-  
secrazio-  
ne del Ve-  
scovo di  
Capo d'  
Istria.

PONT. Deus avertat,) contingeret, præsentem saltem  
 A.XVII. adesse volumus functioni per alium ex speciali  
 delegatione Nostra absolvendæ.

Locus, §. 20. Peragendæ functionis dies erit 28. mensis  
 dies et labentis, dicata celebritati SS. Simeonis et Judæ,  
 hora per- ita etiam statuente Pontificali Romano : *Statuta*  
 agendæ *die consecrationis, quæ debet esse Dominica, vel*  
 functio- *Natalitium Apostolorum, vel etiam festiva, si*  
 nis. *Summus Pontifex hoc specialiter indulserit.* Lo-

Titulo  
 Venerab.  
 Fratris,  
 Episcopi  
 quoque  
 Schism.  
 a Pont.  
 decoran-  
 tur.

cus, atque hora indicabuntur tibi a Præsule  
 Reali primo Nobis Cæremoniarum Magistro. Per-  
 acta autem Consecratione, siquæ se obtulerit  
 occasio alias ad te conscribendi litteras, te  
 non titulo *Dilecte Fili*, veluti nunc, sed *Ve-*  
*nerabilis Frater*, compellabimus, qui quidem ti-  
 tulus adeo inhærens est Characteri in Conse-  
 cratione impresso, ut ne eo quidem careant  
 Episcopi, qui Episcopalem Characterem illicitè,  
 malo eorum fato, dummodo validè receperint.  
 Hac de re actum fuisse comperimus in particu-  
 lari Congregatione de Propaganda Fide, habita  
 8. Novembris 1631., in qua quæsitum fuit, quo  
 honoris titulo Pontifex appellare posset Patriar-  
 chas, Archiepisc., Episcoposque Schismaticos;  
 cumque celebris Pater Waddingus adeo Bullarum,  
 Breviumque peritus, asseruisset, dum-  
 modo valida fuisset eorum Ordinatio, Pontifi-  
 ces rationem habentes impressi per eam Cha-  
 racteris, iisdem semper tribuisse titulum *Ve-*  
*nerabilis Frater*, hoc ita servandum esse, sta-  
 tutum fuit. Ipsique vidimus, in nonnullis Bre-  
 vibus datis a Summo Pontifice Innocentio XI.  
 ad Joannem Patriarcham Alexandrinum Schi-  
 smaticum, quibus illum ad sanctam Unionem  
 invitabat, ac in aliis datis ab Innocentio XII.  
 Pontifice ad Archiepiscopum Æthiopiæ, quibus  
 ipsum hortabatur, ut audiret Patrem de Salem,  
 ejusque Socios Minores Observantes Reformatos,  
 de unione ipsius, universæque Nationis suæ cum  
 Romana Ecclesia secum acturos, ob præadduc-  
 tam rationem, titulum *Venerabilis Frater* iis-

sentì alla funzione, che si farà da altri per nostra espressa commissione.

ANNO  
1756.

§. 20. Il giorno della funzione sarà quello dei 28. del mese corrente, giorno festivo de' SS. Simone e Giuda; così anche prescrivendo il Pontificale Romano: *Statuta die consecrationis quæ debet esse Dominica, vel Natalitium Apostolorum, vel etiam festiva, si Summus Pontifex hoc specialiter indulserit.* Il luogo e l'ora le saranno indicati da Monsignore Reali primo nostro Maestro di Cerimonie. E fatta la consecrazione, capitando l'occasione di doverle scrivere qualche altra nostra lettera, le daremo il titolo, non di *Dilecte Fili*, come ora abbiamo fatto, ma di *Venerabilis Frater*, titolo talmente affisso al Carattere, che s'imprime nella consecrazione, che da esso non sono esclusi nemmeno i Vescovi, che per loro disgrazia l'hanno ricevuto illecitamente, purchè validamente l'abbiano ricevuto. Di ciò abbiamo veduto essersi discorso in una particolare Congregazione de' *Propaganda Fide*, tenuta nel giorno 8. di Novembre 1631, in cui fu proposto il quesito sopra il titolo, con cui il Papa poteva onorare i Patriarchi, gli Arcivescovi, ed i Vescovi scismatici; ed avendo in essa il celebre Padre Waddiugo, tanto pratico delle Bolle, e Brevi, asserito, che, purchè la loro ordinazione sia stata valida, rispettando i Papi il Carattere in essa impresso, hanno sempre mantenuto ad essi il titolo *Venerabilis Frater*, così fu risoluto che si facesse. E Noi stessi abbiamo veduto, che in alcuni Breve scritti dal Sommo Pontefice Innocenzo XI. e Giovanni Patriarca Alessandrino scismatico, ne quali l'invitava alla santa unione, ed in altri scritti dal Pontefice Innocenzo XII. all' Arcivescovo di Etiopia, in cui l'esortava a sentire il Padre de Salem coi suoi compagni Minori Osservanti Riformati, sopra la bramata unione d'esso, e della sua Nazione

S'indica  
il luogo,  
giorno, e  
tempo  
della fun-  
zione.

Anche  
ai Vescovi  
Scisma-  
tici è dato  
dai Papi  
il titol di  
Venera-  
bile Fra-  
tello.

PONT. dem attribui : præter complura alia exempla  
A. XVII. videnda in collatione Brevium Pontificis Cle-  
mentis XI., et nominatim *tom. 1. pag. 575. et*  
*tom. 2. pag. 135.* Atque huic Epistolæ finem im-  
ponimus, Apostolicam tibi Benedictionem im-  
pertientes:

Dat. 20. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die  
Oct. 1756. 20. Octobris 1756. Pontificatus Nostri Anno  
Pont. 17. Decimoseptimo.



colla Chiesa Romana, per la ragione sopra- **A x f o**  
 detta; si dà ad essi il titolo di *Venerabilis Frater*: **1756.**  
 oltre molti altri esempj, che possono vedersi  
 nella Raccolta de' Brevi del Pontefice Clemente  
 XI., e particolarmente *al tom. 1. pag. 575., ed al*  
*tom. 2. pag. 135.* Terminiamo col darle l'Apo-  
 stolica Benedizione.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die **Dat. 20.**  
 20. Octobris 1756. Pontificatus Nostri Anno **Oct. 1756.**  
 Decimoseptimo. **Pont. 17.**



PONT.  
A XVII.

LXIV.

## CONFIRMANTUR

Motus proprius S. Pii V., et Constitutio Urbani VIII., contra tondentes monetas aureas et argenteas : necnon Bannimenta et Decreta adversus falsificantes, alterantes, ac expendentes Cedulae Montis Pietatis, et Mensae Nummariae Sancti Spiritus : et poenae in illis inflictæ ad omnes Ecclesiasticas personas extenduntur.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**A**D curam Nostram pertinere dignoscimus, pro ea vigilantia, quam rectæ Justitiæ in Civitatibus et locis temporali Dominio Nostro subjectis administrandæ præstare debemus, omni studio satagerè; ut meritis justisque poenis ea præsertim delicta coërceantur, quæ humanæ Societatis leges perturbant, et publicæ utilitatis rationibus magnopere officiunt; eumque in finem non modo veteres Prædecessorum Nostrorum Constitutiones confirmare, atque in usum et memoriam hominùm revocare, verùm etiam easdem extendere, et ad casus in ipsis non satis expressos ampliare non recusamus, prout labentium temporum et occurrentium causarum necessitates exposcere videntur, Nosque ad providum Reipublicæ regimen expedire in Domino judicamus.

§. 2. Sanè felicitis record. Prædecessor Noster  
Poenas, in ton. Sanctus Pius Papa V. per suam Schedulam Mo-

Procc-  
mium.  
Poenales  
quando-  
que leges  
amplian-  
das, sua-  
det publi-  
cum bo-  
num.

tus proprii datam Romæ apud S. Petrum octavo Kal. Novembris, Pontificatus sui anno V., cuius initium est : *Cum nil magis* : attendens, quod licet monetarum aurearum tonsoribus ultimi supplicii pœna de jure inflictâ esset, argenteas tamen monetas tondentibus satis minor pœna imposita erat ; animoque reputans, pro publico commercii subsistentia nimis necessarium esse eodem juris rigore in utroque delicti hujusmodi genere adversus delinquentes procedere : statuit atque decrevit, eos, qui argenteas tonderent monetas, ultimi supplicii, et ea, quæ aurearum tonsores eatenus puniti fuerant, et de jure puniri debebant, pœna puniendos esse ; volens hujusmodi Sanctionem ab omnibus Judicibus tam in Urbe, quam alibi in toto Statu Ecclesiastico, remotis impedimentis, quæ ipsis a temporalibus Terrarum, Locorum, et Civitatum Dominis objici forsan potuissent, debitæ executioni mandari.

§. 3. Postmodum verò recol. mem. Prædecessor pariter Noster Urbanus Papa VIII. per suam perpetuò valituram Constitutionem incipientem : *In suprêmâ*, datam apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1627. Idibus Novembris, Pontificatus sui anno IV. ejusmodi statutum, decretum, et voluntatem præfati Sancti Pii Prædecessoris approbavit, confirmavit, et innovavit ; ac ad omnes et singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodo libet exemptas, tam sæculares, quam cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti, etiam de necessitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, Regulares, non solum in Statu Ecclesiastico tunc sibi et Sedi Apostolicæ mediatè vel immediatè subjecto, sed etiam in omnibus et singulis Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, et Locis, in Italia dumtaxat, existentes, quæ aureas et argenteas monetas tondere, vel alias, ut ibi latius exponitur, circa eas delinquere præsumpsissent,

ANNO  
1756.  
dentes  
monetas  
aureas in-  
flictas,  
ad ton-  
dentes  
argenteas  
extendit  
Pius V.

Urbanus  
VIII. Pia-  
næ San-  
ctioni ob-  
noxios  
voluit Ec-  
clesiast.  
tam Sæ-  
culares  
quam Re-  
gulares  
intra Ital.  
et insulas  
adjacentes.

**P. o. g. r.** extendit et ampliavit; volens ut Ecclesiastici A. XVII. hujusmodi, culpabiles in præmissis reperti, Quos de- prævia degradatione, Curiaë sæculari puniendi gradan- traderentur.  
dos et

brachio  
Sæculari  
traden-  
dos decre-  
vit.

§. 4. Cùm autem hujusmodi delicta, perversis hominum cupiditatibus suadentibus, interdum pullulare non desinant, ac præterea nonnulli perditionis filii sæpe reperti fuerint, qui majore commercii publici, et privatorum, seu etiam Communitatum, et Universitatum, ac Locorum Piorum, ipsiusque forsitan Camerae Apostolicæ detrimento, Syngraphas, sen Cedulae tam Montis Pietatis et Depositorum hujus Nostræ Almae Urbis, quam Mensæ Nummariae Sancti Spiritus, aut falsas conficere, aut genuinas corrumpere et alterare, alii autem, qui eas vel falsas, vel corruptas et alteratas, sive in Urbe, sive in aliis Civitatibus et Locis Ditionis Ecclesiasticæ, ubi nimirum hujusmodi Syngraphæ liberum obtinent cursum, et non secus ac auri et argenti signati monetæ, expenduntur, expendere præsumperint; et licet adversus hujusmodi delinquentes, cujuscumque status, ordinis, et conditionis existant, condignæ poenæ, etiam ultimi supplicii, in generalibus Bannimentis, tam per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium super Consultationibus Negotiorum universi Status Ecclesiastici, quam per pro tempore existentes prædictæ Almae Urbis Governatores ejusdem S. R. E. Vice-Camerarios, ac etiam Camerae Apostolicæ Thesaurarios, Nostra et Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum auctoritate, editis, et promulgatis, aliisque Pontificiis legibus et Constitutionibus, inflictæ, latæ, et decretæ comperiantur; Cùm tamen in occurrentibus causarum judiciis dubitari contigerit de omnimoda et plenaria hujusmodi poenaliū sanctionum extensione ad personas Ecclesiasticas hujusmodi delictorum reas compertas, nec sine speciali definitione Nostra hujusmodi dubia submoveri posse visum fuerit:

Pœna  
ultimi  
supplicii  
sæpius  
quoque  
decreta,  
in falsan-  
tes, seu  
corrum-  
pentes  
Cedulae  
Montis  
Pietatis,  
vel Banci  
S. Spiritus,  
easque scien-  
ter expen-  
dentes.

Suborta  
questio,  
an san-  
ctionibus  
hiscæ poe-  
nalibus  
omnimo-  
de affice-  
rentur  
Ecclesia-  
stici.



§. 5. Idcirco Nos præfatas S. Pii V. et Urbani VIII. Prædecessorum leges atque Constitutiones contra tendentes monetas aureas et argenteas, seu aliàs circa eas delinquentes, nec non præmissa Bannimenta, aliaque statuta et decreta adversus falsificantes, et alterantes dictorum Montis, et Mensæ Nummarie Syngraphas, seu Cedula, easdemque falsas, seu alteratas scienter expendentes, quarum et quorum tenores præsentibus litteris pro insertis haberi volumus et decernimus, in omnibus et per omnia approbamus, confirmamus, et innovamus: Ac præterea earundem præsentium tenore, nec non Motu proprio, et certâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis Nostræ plenitudine, prædictam Urbani VIII. Constitutionem, quæ incipit: *In suprema*, cum omnibus decretis et clausulis in ea contentis, ad omnes et singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas, tam seculares, quàm cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, et Instituti, etiam de necessitate exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, Regulares, prædictas Cedula falsificantes, seu aliter circa eas, et cum iis, ut infra delinquentes, expressè extendimus et ampliamus; Ita ut quicumque, etiam Ecclesiastici hujusmodi, prædictorum Montis Pietatis hujus Almæ Urbis, et Mensæ Nummarie Sancti Spiritus, Cedula falsificasse, nimirum falsas ad verarum imitationem et similitudinem confecisse, seu veras in substantialibus corrupisse, et quoad valorem in quacumque summa alterasse, quique in hujusmodi falsificatione, seu corruptione et alteratione, quolibet modo complices fuisse, nimirum aliqua ratione ea in re dolosè operam præstitisse, etiamsi falsificatio, corruptio, alteratio hujusmodi extra Ditionem Ecclesiasticam patrata fuerit, quique demùm hujusmodi Cedula, seu falsas, seu, ut supra, corruptas et alteratas, tam in prædicta Urbe, quàm in Bononien-

A P P O

1756.

Tollitur  
subjicien-  
do ipsos  
Eccl. Ce-  
dulas hu-  
jusmodi  
corrum-  
pentes,  
vel dolose  
expen-  
dentes,  
omnibus  
pœnis in  
Urbani  
Constit.  
statutis.

**PO NT.** Ferrariens., Beneventana, aliisque Civitatibus,  
**A. XVII.** Terris, Oppidis, et Locis Italiae, Nobis et  
 Sedi Apostolicae praedictae mediate vel imme-  
 diate subjectis, scienter expendisse comperti  
 fuerint, iisdem poenis, etiam ultimi supplicii,  
 quibus tondentes monetas aureas et argenteas,  
 seu aliter circa eas delinquentes, juxta praemissas S. Pii V. et Urbani VIII. Praedecessorum  
 leges et Constitutiones subjecti sunt, pariformiter puniantur, et cum effectu subjiciantur;  
 et, si Ecclesiastici fuerint, etiam exempti et privilegiati, ut supra, praevia degradatione,  
 Curiae Saeculari puniendi tradantur.

Prohibi-  
 tio ali-  
 ter judi-  
 candi.

§. 6. Atque ita, et non aliter, in quibusvis  
 ejusdem Urbis, et Ditionis Ecclesiasticae Tri-  
 bunalibus, ac per quoscumque Judices in hac  
 materia competentes, etiam specifica et indi-  
 vidua mentione dignos, contra delinquentes  
 in praemissis, etiam Ecclesiasticos exemptos, et  
 privilegiatos, ut supra, in Judicio confessos,  
 sive legitime convictos, procedi, decerni, ju-  
 dicari, et sententiarum omnino mandamus, sub-  
 lata cuilibet aliter judicandi et interpretandi  
 facultate et auctoritate; ac irritum et inane  
 decernentes, si secus super his a quolibet eor-  
 um scienter vel ignoranter judicari contigerit.

Amplis-  
 sime de-  
 rogatur  
 contrariis

§. 7. Non obstantibus praemissis, ac quibus-  
 vis aliis, etiam Apostolicis, et in Generalibus,  
 Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis  
 Constitutionibus et Ordinationibus, Privilegiis  
 quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis, praefatis  
 Ordinibus, Congregationibus, Societatibus,  
 et Institutis, etiam de necessitate exprimen-  
 dis, nec non Militiis quibuscumque, etiam Ho-  
 spitali Sancti Joannis Hierosolymitani, et aliis  
 Religiosis ac piis locis, alias concessis, ac sa-  
 pius confirmatis et innovatis; ac eorundem, et  
 quarumvis, etiam Urbis praefatae, nec non Bo-  
 nonien., Ferrariens., Beneventanae, aliarumque  
 Ditionis praedictae Civitatum, Terrarum, Op-  
 pidorum, Castrorum, et Locorum, ac om-  
 niam et quorumcumque Tribunalium in ipsis  
 consistentium

consistentium, etiam confirmatione Apostolica, seu quavis alia firmitate roboratis, statutis, resolutionibus, usibus, styliis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus: Quibus omnibus et singulis, eorum omnium tenores pro expressis, ac de verbo ad verbum præsentibus insertis, necnon præscriptas in ipsis derogationum formas pro plenè observatis habentes, ad præmissorum effectum dumtaxat, illis aliàs in suo robore permansuris, motu, scientiâ et potestatis plenitudine præfatis, specialiter et expressè derogamus, ac sufficienter derogatum fore decernimus; cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod præsentibus in Valvis Ecclesiæ Lateranen. Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac in aliis consuetis ejusdem Urbis locis, publicentur et affigantur; et postquam sic affixæ et publicatæ fuerint, omnes et singulos perinde arcent et afficiant, ac si unicuique nominatim et personaliter intimatæ fuissent.

§. 9. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ approbationis, confirmationis, et innovationis, extensionis, ampliationis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLVI. pridie Kalendas Novembris, Pontificatus Nostri Anno XVII.

*J. Card. Pro-Datarius,*

*D. Card. Passioneus,*

VISA DE CURIA,

J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.  
Tom. XII.

E

ANNO  
1756.

Sum.  
ptuum fi.  
des.

Sanctio  
pœnalis.

Dat. 31.  
Oct. 1756.

Pont. 17.

POST.  
A. XVII.

LXV.

## PRÆSCRIBITUR RATIO

Construendi Processus tum super statu Ecclesiarum in partibus infidelium existentium, et Populum fidelem habentium, quarum provisiones in Congregatione de Propaganda Fide proponuntur; tum super meritis præficiendorum iisdem Ecclesiis.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**G**RAVISSIMUM Apostolicæ procurationis ministerium, quod a supremo Pastorum Principe Jesu Christo per ineffabilem divinæ bonitatis suæ abundantiam imbecillitati Nostræ impositum est, et præclarâ Apostolicæ providentiæ ratio a fel. record. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris inita, servata, ac tradita, jure ac merito a Nobis quoque exigunt, ut illa, quæ ipsi Romani Pontifices Prædecessores quomodolibet, ac præsertim pro forma ac dispositione promovendorum ad pastorale Ecclesiarum in infidelium partibus existentium, populumque fidelem habentium regimen statuerunt, sive nova confirmatione, quo firmiter subsistant, et serventur exactius, sive pro rerum vicissitudine novis præscriptionibus, et additamentis indigeant, de novo deinceps approbare, et Apostolicæ auctoritatis præsidio, quatenus opus sit, munire; aliisque Pontificiæ benignitatis documentis, et statutis ampliare, et augere satagemus, et adnitamur.

Constit. §. 1. Sanè post provida, ac salutaria decreta hac de re Concilii Tridentini super iis, qui ad Cathedrales

Procc.  
mium.  
Provi.  
dentia  
Pontif.  
circa ea,  
quæ a Præ  
decessor.  
sancita  
sunt pro  
iis, qui  
ad pasto  
rale mu  
nus sunt  
promo  
vendi;

Ecclesias promovendi debent, fel. rec. Gregor. PP. XIV. Prædecessor Noster, qui dum in minoribus esset, eidem Tridentino Concilio interfuerat, statim Apostolicas suas sub plumbo expeditas Litteras dedit. In ipsis certè omnia ad hujusmodi negotium opportuna, ac necessaria continentur. Porro, quo clariùs ad praxim eadem ab ipso Gregorio Prædecessore statuta reducerentur, jussu rec. mem. Urbani PP. VIII. itidem Prædecessoris Nostri anno 1627. ex Typographia Camerae Apostolicæ prodiit in lucem Instructio particularis circa conficiendos Processus inquisitionis in qualitates eorum, qui promovendi sunt ad regimen Cathedralium, aut aliarum Superiorum Ecclesiarum, vel Monasteriorum, ad hoc ut in dictis Processibus conficiendis serventur Sacri Canones, et Concilia Generalia, præsertim Tridentinum, et Constitutio fel. rec. Gregorii PP. XIV. super forma Processuum conficiendorum sub dat. Idibus Maii 1591., Pontificatus sui anno primo. Hanc autem Instructionem alia quoque subsequuta fuit, quæ in Congregatione particulari nonnullorum Romanæ Curiae Prælatorum deputata a fel. pariter rec. Clemente PP. XI. itidem Prædecessore Nostro, et de Nobis meritissimo, atque in ædibus bon. mem. Josephi ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Sacripanti tunc temporis Congregationi de Propaganda Fide Præfecti die 9. mensis Octobris anno 1716. habita, maximè vertitur, cum adveniente casu vacationis, ac proinde provisionis earum Ecclesiarum, quæ sunt in partibus infidelium, et nihilominùs habent populum fidelem, Processus promovendorum ad hujusmodi Ecclesias plerumque difficulter in hac alma Urbe Nostra confici possit.

§. 2. Verùm cum Ecclesiæ, quæ sunt in partibus infidelium, et populum habent fidelem, proponantur in Congregatione de Propaganda Fide, et consentaneum sit, ut quantociùs de iisdem provideatur, ne diutiùs Pastore careant cum spirituali animarum detrimento; atque

Pro Ecclesiis quæ sunt in partibus Infid. haud facile, quæ

PONT.  
A. XVII.  
in illis  
instru-  
ction. de-  
creta sunt  
præstari  
possunt.

Eædem  
instruct.  
confirm.  
et appro-  
bantur :  
subjiciun-  
tur tamen  
quæ loco  
processus  
satis ha-  
beri de-  
beant ,  
super sta-  
tu Eccl.  
in parti-  
bus infi-  
delium.

etiam cum Processus super statu Ecclesiarum ;  
meritisque eligendorum , juxta laudatam utram-  
que Instructionem , difficulter in Urbe confici  
possint , et experientia compertum sit , hujus-  
modi Processus longius protrahi , si alicui Epi-  
scopo in illis partibus immoranti committantur ;  
eapropter Nos pro Apostolica omnium Eccle-  
siarum sollicitudine Nobis injecta a Pasto-  
rum Principe Jesu Christo , cujus supremas  
vices in terris planè immerentes gerimus , pri-  
mùm quidem Apostolica Auctoritate , tenore  
præsentium , utramque Instructionem tum Ur-  
bani , tum Clementis Prædecessorum Nostrorum ,  
quas hisce præsentibus pro insertis haberi vo-  
lumus , confirmamus , atque in iis , quæ infra  
dicenda sunt quatenus adversentur , et opus  
sit , derogamus , et derogatum esse statuimus ;  
deinde verò decernimus , et mandamus , ut ad  
omnes et singulos Venerabiles Fratres Antistites  
transmittantur Interrogatoria in hisce Nostris  
præsentibus Litteris inserta . Præterea præcipi-  
mus , ut responsiones ipsi Antistites reddant ,  
easque sua manu subscribant , ac proprio si-  
gillo obsignent . Insuper jubemus hujusmodi re-  
sponsiones asservari in Archivio ejusdem Con-  
gregationis de Propaganda Fide , ut quoties va-  
catio alicujus Ecclesiæ contigerit , loco Proces-  
sus super illius statu , exhibeantur . Denique  
volumus , ac statuimus , ut cum novus Episco-  
pus vel Archiepiscopus possessionem Ecclesiæ  
susceperit , ad ipsum mittantur prædicta In-  
terrogatoria , quibus ut supra respondebit ; ex  
quo colligi possit , utrùm spatio temporis aliqua  
mutatio intervenerit ,

*Interrogatoria super statu Ecclesiarum Albanicæ ,  
Macedonicæ , Servicæ , Bulgaricæ , Persidis , et  
Armenicæ ,*

I. In qua Provincia sit Civitas etc. ; cujus si-  
tus , qualitatis , et magnitudinis sit ; quot con-  
fletur domibus , et a quibus Christianifidelibus

inhabitetur; cujus dominio in temporalibus subiaceat?

ANNO  
1767

II. An in illa Civitate sit Ecclesia Cathedralis, vel Metropolitana; sub qua invocatione; cujus structuræ, et qualitatis? aut aliqua reparatione indigeat?

III. Si est Ecclesia Archiepiscopalis, quot Episcopos Suffraganeos habeat, et qui sint? si verò est Episcopalis; cui Archiepiscopo sit Suffraganea?

IV. An in dicta Ecclesia cura animarum exerceatur; per quem; an sit in ea Fons Baptismalis, ac servetur Sacrosancta Eucharistia publice, an verò privatim cum lampadè, nec non olea sacra cum decencia?

V. An habeat Sacrarium sufficienter instructum cum sacra suppellectili, cæterisque rebus ad Divinum cultum, et etiam ad Pontificalia exercenda necessariis; et Coemeterium; in quo Catholicorum corpora solummodo sepeliuntur?

VI. An sint in ea Corpora, vel aliquæ insignes reliquiæ Sanctorum; et quomodo asserventur?

VII. An habeat domum pro Archiepiscopi, vel Episcopi habitatione; ubi, et qualem, quantum distet ab Ecclesia; et an reparatione indigeat?

VIII. Qui sit verus valor reddituum mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis; ad quam summam annuatim ascendant, et in quibus consistant?

IX. Quot existant in illa Civitate Ecclesiæ Parochiales; et an unaquæque habeat Fontem Baptistalem; quot item in illa existant Beneficia Ecclesiastica, legata pia, et Confraternitates? Quinam ibi sint Regulares, et an Conventus formatos habeant, aut Hospitia?

X. Quantum sit ampla Dioecesis; quot, et quæ loca amplectatur; et quot in singulis locis existant familiæ Catholicæ?

XI. An, et quantum, Catholicæ Religionis exercitium, Sacramentorum administratio, di-

PONT. vniique verbi prædicatio a Gubernatoribus in-  
A. XVII. fidelibus permittatur?

XII. Quot Sacerdotes sæculares indigenæ, et  
exteri sint in Diœcesi; et quot Clerici sint  
studiorum causa in aliquo Collegio, vel Semi-  
nario?

XIII. An sit magister aliquis, qui iuventutem  
in literis, et rudimentis fidei instituat?

*Interrogatoria super statu Ecclesiarum Maris  
Ægei.*

I. In qua Provincia sit Civitas etc., cujus si-  
tus, qualitatis, et magnitudinis sit; quot con-  
fletur domibus; et a quibus Christifidelibus in-  
habitetur; cujus dõminio in temporalibus sub-  
jaceat?

II. An in illa Civitate sit Ecclesia Cathedra-  
lis, vel Metropolitana; sub qua invocatione,  
cujus structuræ, et qualitatis, aut aliqua repa-  
ratione indigeat?

III. Si est Ecclesia Archiepiscopalis, quot  
Episcopos Suffraganeos habeat, et qui sint; si  
verò est Episcopalis, cui Archiepiscopo sit Suf-  
fraganea?

IV. Quot, et quales sint in dicta Ecclesia  
Dignitates, Canonicatus, et alia Beneficia Ec-  
clesiastica; quis sit numerus omnium Presbyte-  
rorum, et Clericorum inibi in Divinis inser-  
vientium; quæ sit Dignitas major post Ponti-  
ficalem; quales sint redditus Dignitatum, Ca-  
nonicatum, et aliorum Beneficiorum; et an ad-  
sint præbenda Theologalis, et Pœnitentiaria?

V. An in ea cura animarum exerceatur; per  
quem; an sit in ea Fons Baptismalis?

VI. An habeat Sacrarium sufficienter instru-  
ctum sacra supellectili, cæterisque rebus ad Di-  
vinum cultum, et etiam ad Pontificalia exer-  
cenda necessariis, Chorum, Organum, campa-  
nile cum Campanis, et Cœmeterium?



VII. An sint in ea Corpora, vel aliquæ insignes reliquiæ Sanctorum; et quomodo asserventur? ANNŪ 1757.

VIII. An habeat domum pro Archiepiscopi; vel Episcopi habitatione, ubi, et qualem; quantum distet ab Ecclesia; et an reparationē indigeat?

IX. Qui sit verus valor reddituum mensæ Archiepiscopalis, vel Episcopalis; ad quam summam antīuatim ascendant; in quibus consistant?

X. Quot existant in illa Civitate Ecclesiæ Parochiales; et an unaquæque habeat Fontem Baptistalem; quot Monasteria virorum, et mulierum; quot Confraternitates, et Hospitalia; et an ibi sit Mons Pietatis?

XI. Quantum sit ampla Diocesis; quot, et quæ loca amplectatur; quot in singulis locis existant familiæ Catholicæ; an, et quantum, Catholicæ Religionis exercitium, Sacramentorum administratio, Divinique verbi prædicatio a Gubernatoribus infidelibus permittatur?

XII. Quot Sacerdotes sæculares indigenæ, et exteri, sint in Diocesi; et quot Clerici sint studiorum causa in aliquo Collegio, vel Seminario?

XIII. An sit magister aliquis, qui juventutem in literis, et rudimentis fidei instituat?

§. 3. Qui ad hujusmodi Ecclesias promovendi sunt, si Romæ adfuerint, vel in Italia; Processus super qualitate personæ conficiatur: Si verò extra Italiã morentur, ac duo testes in Urbe sint, qui possint de illis ferre testimonium, tunc idem Processus super qualitate personæ minimè prætermittatur. Quod si prædicti testes non adsint, tunc sufficiens habeatur iudicium ejusdem Congregationis, quæ illum a Summo Pontifice eligendum consuluit? Quid in processu superqualitatibus promovendi servandum sit, præscribitur.

PONT.

A.XVII. *Interrogatoria super qualitatibus Promovendi.*

I. An cognoscat promovendum, quomodo, a quo tempore citra : an is sit ejusdem promovendi consanguineus, cognatus, affinis, nimium familiaris, æmulus, vel odiosus?

II. An sciat, in qua Civitate, vel loco, et Diocesi, promovendus sit natus, et quæ sit causa scientiæ?

III. An sciat, ipsum esse natum ex legitimo matrimonio, atque honestis, et Catholicis parentibus : et quæ sit causa scientiæ?

IV. An sciat cujus ætatis sit, præsertim an expleverit annum trigesimum, et quæ sit causa scientiæ?

V. An sciat, eum esse in sacris ordinibus constitutum; quibus, a quo tempore citra, præsertim an ante sex menses; et quæ sit causa scientiæ?

VI. An sciat, eum esse in Ecclesiasticis functionibus, et in exercitio ordinum susceptorum diu versatum, in susceptione Sacramentorum frequentem, et devotum; et quæ sit causa scientiæ?

VII. An sciat, eum semper Catholicè vixisse, et in fidei puritate permanisse; et quæ sit causa scientiæ?

VIII. An sciat, eum præditum esse innocentiam vitæ, bonisque moribus, et an sit bonæ conversationis, et famæ : et quæ sit causa scientiæ?

IX. An sciat, eum esse virum gravem, et prudentem, et usu rerum præstantem; et quæ sit causa scientiæ?

X. An sciat, eum aliquo gradu in Jure Canonico, vel in sacra Theologia insignitum esse; quibus in locis; quanto tempore; et quo fructu ipsi Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit; et an vere ea doctrina polleat, quæ in Episcopo requiritur, ad hoc, ut possit alios docere; et quæ sit causa scientiæ?

ANNO  
1757.

XI. An sciat, eum aliquo munere aliquando functum esse, vel circa curam animarum, aut regimen alterius Ecclesiæ se exercuisse; quomodo in eis se gesserit, tam quoad doctrinam, quam quoad prudentiam, integritatem, et mores; et quæ sit causa scientiæ?

XII. An sciat, eum aliquando publicum aliquod scandalum dedisse circa fidem, mores, sive doctrinam; vel aliquo corporis, aut animi vitio, aliove Canonico impedimento teneri, quominus possit ad Ecclesiam Cathedralē promoveri; et quæ sit causa scientiæ?

XIII. An eum idoneum esse existimet ad bene regendam Ecclesiam Cathedralē, et præsertim eam, ad quam ipse est promovendus; an dignum, qui ad illam promoveatur; et an ipsius promotionem eidem Ecclesiæ utilem, et proficuum futuram esse censeat; et quare ita existimet?

§. 4. Si quis Episcopus ab una Ecclesia ad aliam transferendus sit, tunc observentur ea omnia, quæ num. 1. decernuntur, quoad Processum super statu Ecclesiæ; pro altero vero, qui conficiendus erit super qualitate transferendi, ea serventur, quæ num. 2. præscribuntur.

Quid in  
Episcop.  
ab una ad  
aliam Ec-  
cl. trans-  
ferendo?

*Interrogatoria super qualitate Episcopi ad alteram Ecclesiam transferendi.*

I. An testis cognoscat Episcopum transferendam; quomodo, et a quo tempore citra; an sit ipsius consanguineus, cognatus, affinis, nimirum familiaris, inimicus, æmulus, vel odiosus?

II. An sciat, ipsum consecrationis munus suscepisse; et quæ sit causa scientiæ?

III. An sciat, per quot annos fuerit Episcopus illius Ecclesiæ; et quæ sit causa scientiæ?

IV. An sciat, eum in sua Ecclesia, et Diocesi assidue resedisse; et quæ sit causa scientiæ?

PONT. V. An sciat, eum diligenter sæpeditam suam  
 A. XVII. Ecclesiam, et Diœcesim visitasse, opportune  
 omnibus necessitatibus occurrisse, et provi-  
 disse; ejusque decreta, et mandata debitæ exe-  
 quitioni demandari curasse; et quæ sit causa  
 scientiæ?

VI. An sciat, eum sæpe solempniter celebra-  
 se; Ordinationes juxta necessitatum exigentiam  
 habuisse; Confirmationis Sacramentum admini-  
 strasse; cæteraque Pontificalia exercuisse; et  
 quæ sit causa scientiæ?

VII. An sciat, eum pietatis, caritatis, et  
 prudentiæ in gubernando speciem dedisse, ac  
 verbo, et exemplo profecisse; et quæ sit causa  
 scientiæ?

VIII. An sciat, eum prudenter ubilibet, et  
 diligenter se gessisse in defendendis, conser-  
 vandis, et augendis jurisdictionibus spirituali,  
 et temporali, juribus, ac bonis, omnibus suæ  
 Ecclesiæ; et quæ sit causa scientiæ?

IX. An sciat, verè ea doctrina ipsum ad præ-  
 sens pollere, quæ in Episcopo requiritur, ad  
 hoc, ut possit alios docere; et quæ sit causa  
 scientiæ?

X. An dignum eum existimet, qui transfe-  
 ratur ad Ecclesiam N.; et an censeat, ejus trans-  
 lationem fore ipsi Ecclesiæ N. utilem, et pro-  
 ficuam; et quare ita existimet, et censeat?

Quid de-  
 mum in  
 Vicariis  
 Apostol.  
 charact.  
 Episcop.  
 insignitis

§. 5. Denique cum pro Vicariis Apostolicis  
 titulo, et caractere Episcopali insignitis nul-  
 lus Processus conficiatur super statu Ecclesiæ;  
 attamen si in Urbe, vel in Italia commoren-  
 tur, sin autem extra Urbem, et Italiam exti-  
 terint, ac duo testes in Urbe reperiantur, qui  
 testimonium ferre possint, tunc fiat Processus  
 super qualitate personæ. Processus verò in hac  
 alma Urbe Nostra conficiendi omninò confician-  
 tur coram Nostro, et pro tempore existentis  
 Romani Pontificis Auditore. Quod si etiam testes  
 deficiant, sufficiens habeatur judicium ejusdem  
 Congregationis, quæ illura a Summo Pontifice  
 eligendum consulat.

§. 6. Omnia itaque, et singula a Nobis, ut præmittitur, præscripta, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, approbamus, et confirmamus; illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper auctoritate memoratæ Congregationis de Propaganda Fide. Decernentes, præsentis Literas, et in eis contenta quæcumque, semper firma, valida, et efficacia existere, et fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales et eorundem Cardinalium Congregationes, et quosvis alios quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, judicari, et definiri debere: ac irritum, et inane, quidquid secùs super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, et quibusvis aliis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, et quibuscumque Decretis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Præfecti, et Secretarii præfatæ Congregationis subscriptis, et sigillo ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsùs fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Januarii MDCCLVII. Pontificatus Nostri anno XVII.

Sumpt.  
fides.

Dat. die  
18. Janua-  
rii 1757.  
Pont. 17.

*Cajetanus Amatus.*

PONT.  
A. XVII.

LXVI.

## CONFIRMATUR

Decretum Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium universali adversus hæreticam pravitatem Inquisitioni Præpositorum, coram Sanctitate Sua habitæ, pro tollendis conciliandisque dissidiis et controversiis, inter nonnullos Antistites Indiarum Occidentalium, et Missionarios Societatis Jesu, exortis, super concessione Dispensationum Matrimonialium, juxta facultates ab Apostolica Sede utrisque concedi solitas.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**C**UM Venerabilis Frater Noster Joachimus S. R. E. Cardinalis, Portocarrero nuncupatus Episcopus Sabinensis, nomine Carissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici, cujus regis negotiis apud Nos, et Apostolicam Sedem agendis, præest, Nobis exposuerit, obortis quibusdam dubiis, circa facultates concedendi Dispensationes Matrimoniales, quibus Dilecti Filii Presbyteri Societatis Jesu, in Indiis Missionarii per Indias Orientales et Occidentales constituti, ex Apostolicæ Sedis Indultis gaudere dicuntur, et circa hujusmodi facultatum usum et exercitium; ad removendas dissensiones inter eosdem Presbyteros Missionarios, et Ordinarios locorum, sedandosque conscientiarum et animorum motus, Nostram ejusdemque Apostolicæ Sedis definitionem magnopere exoptari; cumque, præter urgens pastoralis curæ et sollicitudinis debitum, quo ad hujus præsertim

Cath. Regis studium pro tollendis dissidiis inter Missionarios Soc. Jesu et Ordin. locorum in Indiis circa dispensationes, quoad impedim. Matrim. excitatis.

Libentissime a Pontifice præstita

generis officia impellimur, gratissimum Nobis accidat justis semper et æquis præfati Catholici Regis votis obsecundare; statim propositæ materię discussionem demandavimus Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, in rebus Fidei, aliisque Sancti Officii nuncupati negotiis Generalium Inquisitorum; haud tamen propterea refugientes laborem studiumque singula per Nos ipsos inspiciendi atque discutiendi. Itaque eoacta coram Nobis die 29. Julii elapsi anni 1756. prædictorum Cardinalium Congregatione, auditis etiam prius Consultoribus, tum Sacræ Theologiæ Magistris, tum Canonici Juris Peritis, captæ editæque fuerunt sequentes resolutiones distinctim expressæ in infrascripto Decreto, quod ipsi jam tum approbavimus et confirmavimus, cujusque tenor talis est, videlicet :

A x x o  
1757.

ad hoc negotium opera, coacta coram se Congreg. Cardinal. S. Officii.

Hoc editum ab ea decretum

## DECRETUM.

**C**um olim R. P. Ignatius de Padilla, quo tempore Civitati Sancti Dominici in Insula Hispaniola Indiarum Occidentalium præerat Archiepiscopus; complures excitasset controversias adversus Presbyteros Societatis Jesu, circa Dispensationes Matrimoniales, quibus nimirum ipsi, in vim specialium facultatum sibi, ut assererent, competentium, cum Neophytis Indiarum Orientalium et Occidentalium, super impedimentis Matrimonii dirimentibus, et antea dispensayerant, et adhuc dispensare pergebant; cumque subinde R. P. Joseph Moreno Curiel, qui, postquam præfatus R. P. Ignatius ad Ecclesiam Jucatanensem in Indiis Occidentalibus Hispanicis sitam translatus fuit, eidem in Archiepiscopatu Sancti Dominici successit, illius actionem ea de re studiumque prosequutus fuerit; ut hujusmodi controversiis quantocius finis imponatur, infrascripta dubia proposita, discussa, et dirempta sunt a Sanctissimo D. N. BENEDICTO PP. XIV. feliciter re-

Occasio  
obortæ  
controv.  
recensetur.

PONT. gnante, audita prius sententia et consilio Re-  
A. XVII. verendissimorum DD. Cardinalium Generalium  
Inquisitorum in Congregatione coram Sancti-  
tate Sua habita die 29. Julii anni 1756.

Dubia Dubia autem proposita sunt, quæ sequuntur:  
proposita Primùm, an facultates in Apostolicis Brevibus  
in Congr. concessæ Presbyteris Societatis Jesu, qui Mis-  
sionariorum munus per Indias exercent, atque  
illæ potissimùm, quæ Matrimoniales Dispensa-  
tiones respiciunt, ad eas Provincias protendan-  
tur et loca, quæ pluribus abhinc annis ad S.  
Catholic. Religionem redacta sunt, in quibus  
reperiuntur Infideles aliunde profecti, et ultro  
Christi Fidem amplexi; adeo ut Missionarii ope-  
ram studiumque suum impendant, non quidem  
in iis ad Sanctam Religionem convertendis, sed  
tantummodo in iisdem Christianæ Doctrinæ in-  
stitutionibus rectisque moribus informandis.

Secundum: quatenus memoratæ facultates ad  
hujusmodi Regiones protendantur, ac præser-  
tim facultas concedendi Dispensationes quoad  
prædictorum Matrimonia exerceri valeat; an id  
ita accipiendum sit, ut concessa dicatur aucto-  
ritas dispensandi super impedimentis publicis  
pro foro externo, tum ante, tum post contra-  
ctum Matrimonium.

Tertium: an posita extensione facultatum ad  
publica quoque impedimenta pro foro externo,  
et in casibus contrahendi, æquè ac jam con-  
tracti, Matrimonii, hujusmodi facultatibus uti  
possint Missionarii per ea loca, in quibus Epi-  
scopus Diocesanus easdem obtinet facultates  
sibi ab Apostolica Sede peculiaribus Indultis  
concessas.

Quartum: etsi possent Missionarii Dispensa-  
tiones concedere, suisque uti facultatibus etiam  
pro foro externo, an tamen id ipsis præstare  
liceat sine prævia summaria Informatione, co-  
ram Notario, locique Vicario capta, ad com-  
probandas dispensationis causas, et impedimen-  
torum qualitates; an potius satis ad id habenda



sit verbalis et extrajudicialis instructio seu informatio.

ANNO  
1757.

Quintum : an, quatenus hujusmodi facultates concessæ tantummodo dignoscantur Missionariis ad laborantibus pro conversione Infidelium, et non aliis; revalidanda sint Matrimonia celebrata in vim dispensationum, quas pro exteriori foro indulsissent Missionarii illi, qui in tradendis Fidei rudimentis, informandisque moribus solummodo exercentur.

Priusquam verò ad propositorum dubiorum decisionem procedatur, summam recensenda sunt ea, quæ pertinent ad facultates, quæ Presbyteris e Societate Jesu Missionariis, cum pro Orientalibus, tum pro Occidentalibus Indiis, peculiaribus Apostolicis Brevibus tribuuntur : exinde enim pendet justa dubiorum resolutio. Utque res ordine procedat, primò exponetur summa memoratarum facultatum, quoad impedimenta Matrimonii, deinde expendetur concessum jus ipsis facultatibus utendi, tam in interiori, quàm in exteriori foro; tertio indicantur personæ, cum quibus dispensare possunt Missionarii : quarto recensentur loca, in quibus integrum ipsis est præfatis facultatibus uti; quinto denique attingentur quæcumque ad rectum dispensationum usum conferre possunt; atque hæc omnia desumentur ex concessionum Brevibus, a superioribus Romanis Pontificibus, atque etiam a Sanctissimo Domino Nostro feliciter regnante expeditis.

Nonnulla ad rectam dubiorum resolutionem expendenda præmittuntur.

Ducto itaque initio, juxta præstitutam methodum, ab ipsa vi atque substantia facultatum quoad impedimenta Matrimonii concessarum; quum olim facultas amplissimè protenderetur ad omnia impedimenta, sive gradus, non vetitos jure Divino, ea in subsequentibus Pontificiis Brevibus nonnihil cohibita fuisse dignoscitur : prohibentur namque modo Missionarii dispensare *in primo Consanguinitatis vel Affinitatis gradu (A)* : excepto tantum primo gradu, etiam rectæ lineæ, affinitatis, ex illicita tamen

Et primo, quæ vis insit facultatibus dispensandi concessis Missionariis Soc. Jesu.

PONT. *copula resultantis*, (B). Atque hæc quidem omnia,  
 A. XVII. ad hoc ut *Fideles Matrimonium inter se con-*  
*trahere; seu ut eam etiam scienter contracto re-*  
*manere possint* (C): Quibus verbis tam inita,  
 quàm ineunda Matrimonia comprehenduntur.

Qualis esse debeat eorum usus quoad internum ad externum queforum  
 Proximum est, ut de præfatarum facultatum  
 usu, quoad internum externumve forum videatur. Licet autem facultates in prioribus indulgentis concessæ, ad forum conscientie restrictæ essent, in posterioribus tamen concessionibus ad externum quoque forum ampliatae conspiciuntur; ea tamen lege adjecta, ut quibus in locis reperiuntur Ordinarii easdem habentes facultates, ab Apostolica Sede sibi de more concessas, vel absunt ducentis saltem passuum millibus, nequeant, Societatis Missionarii suis uti facultatibus pro foro externo. Ordinariis etenim reservata est privativa facultas dispensandi in exteriori seu judiciali foro; neque datum esse missionariis, ut dispensationes ejusmodi indulgere, concessisque sibi pro foro externo facultatibus uti valent, præterquam in iis locis, in quibus nulli adsunt Ordinarii, Episcopi nimirum seu eorum Vicarii, vel, si qui existunt, ultra duas dietas, non minus ducentis passuum millibus inde absunt; aut si præsentés adsunt, vel parum distant, non tamen a Sede Apostolica impetrarunt facultativa dispensandi indulta, quæ Patribus Missionariis concessa reperiuntur (D). Ad forum porro conscientie tantum semper cohibita apparet tributa facultas dispensandi *in primo gradu rectæ lineæ affinitatis ex copula illicita resultantis*, super quo impedimento dispensare permittuntur *in occultis, et in foro conscientie tantum, ac urgentibus justis causis* (E)

Cum quibus per-  
 sone dis-  
 pensare  
 possint.  
 Hinc transeundo ad personas, cum quibus Missionarii, sive pro conscientie, sive pro judiciali foro, juxta præmissa, dispensare possunt; Neophyti quidem hi sunt. Neophytorum autem appellatione, secundum editas et a Summis Pontificibus approbatas resolutiones, non solum in-

ANNO  
1757.

telliguntur ii, qui paulò ante Baptismum susceperunt, sed etiam eorum filii, quamvis in infantia baptizati fuerint; ac insuper ii, qui ex Indo Neophyto, et ex Muliere Europea, vel ex Europæo Viro, et Indica Muliere sunt progeniti, ideoque *mixti* seu *mixtiti* vocitantur. Atque hæc sunt omninò personæ, cum quibus dispensare possunt Missionarii, (F) : interdicta ipsis quacumque facultate dispensandi cum *Quarteronibus* et cum *Pucuellibus*; cum iis nimirum, qui vel pro una tantum parte ducunt originem ab Indis Neophytis, ideoque dicuntur *Quarterones*; vel per Proavum, aut Proaviam dumtaxat ab Indis Neophytis trahunt originem, proindeque *Pucuelles* appellantur; quum hi Neophytorum nomine seu appellatione contineri non possint, ac consequenter nequeant Missionarii cum illis, sive in foro conscientiæ, sive in foro judiciali, super Matrimonii impedimentis dispensare : Eorum enim facultas cohibita est ad Neophytos; quorum nomine veniunt tantummodo ii, qui fuerunt superius designati (G).

Quod spectat ad loca, in quibus Missionarii præfatis dispensandi facultatibus, ut supra, uti possunt, satis perspicua res est, quum Indulta ipsis concessa, utriusque, Orientalis nempe, et Occidentalis, Indiæ partes, seu Provincias, aliasque Maris Oceani Regiones, disertè complectantur (H). Loca, in quibus dispensandi facultate uti possunt.

Quare nil aliud reliquum est, quàm ut ea tradantur, quæ ad rectum probatumque Dispensationum usum conferre possunt. In quo sanè, præter exactam observationem eorum, quæ superius adnotata sunt, duæ potissimum generales regulæ servari debent : prima nimirum, ut in omni Dispensatione justa adsit illius concedendæ causa; altera, ut tunc etiam, quum pro exteriori foro conceditur Dispensatio, nihil planè recipiatur, sed omnia gratis fiant (I). Quamvis autem in Brevibus facultativis, quæ olim tradi solebant Episcopis et Ordinariis præfatarum Regionum, pro Dispensationibus, super

Justa debet subesse causa dispensationis, et omnia gratis expectanda.

**PONT.** impedimentis Matrimonialibus in foro interno  
**A. XVII.** externoque concedendis, iunctum iis legeretur,  
 ut in Dispensationibus pro foro externo indul-  
 gendis, Missionariorum consilium exquirere,  
 quoties hi tam longè non abessent, ut id sine  
 magno incommodo præstari non posset: cum  
 tamen Episcopi subinde petissent se levari hoc  
 onere, quod etsi aliàs poterat opportunum vi-  
 deri, nunc quidem temporis non nisi ad seren-  
 das discordias aptum dignoscatur, ut omnis  
 dissidiorum et offensiohnum inter Ordinarios lo-  
 corum, et Missionarios occasio submoveretur,  
 plena libertas iisdem Ordinariis relicta est dis-  
 pensandi etiam in foro externo, sublato peni-  
 tibus onere membratum antea consilium requi-  
 rendi (*K*).

Ordinarii  
 locorum  
 in dispen-  
 sationib.  
 conced.  
 non te-  
 nentur  
 Mission.  
 consilium  
 exquirere

In quo  
 casu te-  
 neantur  
 Episcopi  
 subdeleg.  
 Mission.  
 pro elar-  
 giendis  
 dispensat.

Quamdiu  
 facultas  
 dispensan-  
 di in Mis-  
 sion. du-  
 ret.

Præterea cum Episcoporum arbitrio concre-  
 dita reperitur facultas subdelegandi idoneos  
 probatosque Sacerdotes, qui pro ipsis Episcopis  
 subdelegantibus, in remotioribus Diæcesum locis,  
 Dispensationes concedant pro exteriori seu judi-  
 ciali foro (*L*); ad conservandam eò magis inter  
 Episcopos et Missionarios animorum consensio-  
 nem, statutum est, ut si pro iis locis nulli de-  
 putati reperiantur Vicarii, vel absint spatio  
 ducentorum milliariorum, non possint ab Epi-  
 scopis alii subdelegari Sacerdotes, quàm qui ab  
 Apostolica Sede habent dispensandi facultatem;  
 hi autem soli consueverunt esse Missionarii.

Denique ad rectum usum facultatum dispen-  
 sandi, adnotasse iuvabit, facultatem dispensandi  
 in foro conscientiae perpetuè concessam esse;  
 eam verò, quæ ad forum iudiciale spectat,  
 intra viginti annorum curriculum esse cohibi-  
 tam (*M*). Cumque juxta receptam praxim, so-  
 leat hujusce facultatis confirmatio indulgeri,  
 omninò necesse est, ut Missionarii hac in re  
 sibi providè consulant, non redigentes ad su-  
 prema propemodum statuti termini momenta  
 cogitationem et curam petendæ confirmationis;  
 ne periculum subeant, vel nullitatis actus, si  
 quid efficiant post elapsam facultatum termi-

num, vel fraudandi pauperes Christiani fideles opportunis malorum remediis, quatenus eo deveniant, ut hujusmodi facultatibus amplius uti non valeant. Hæc sunt, quæ in Apostolicis Constitutionibus San. Mem. Pii IV. Pontif. Max. aliorumque ipsius Successorum, et in Pontificiis Brevibus Clementis IX., Alexandri VIII., Clementis XI., Clementis XII., et Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI XIV. feliciter Regnantis, continentur; quibusque, ut par est, observatis ac respectivè perpensis, non solum omnes submoventur controversiæ, verum etiam facilis evadit et obvia responsio ad Dubia, quæ ad Sacram Congregationem examinanda ac dirimenda transmissa fuerunt.

Primo itaque Dubio, quo quæritur, an facultates concessæ Presbyteris Societatis Jesu Missionariorum munus per Indias obeuntibus, et nominatim illæ, quæ Dispensationes Matrimoniales respiciunt, ad ea protendantur loca et provincias, in quibus non alii reperiuntur Infideles, quam qui aliunde venerunt, Christi-que fidem ultrò amplexi sunt; affirmativum redditur responsum, ad formam tamen Brevium, et Constitutionum Apost. quæ superius indicatæ fuerunt.

Responsa  
ad proposita dubia

Secundo itidem Dubio, quo quæritur, an quatenus facultates ad memorata quoque loca protendantur, eadem comprehendant Dispensationes Matrimoniales super impedimentis publicis, pro foro externo, tam ante, quam post contractum Matrimonium, concedendas, affirmativè respondetur, juxta tamen disposita in Apostolicis Brevibus superius indicatis.

Tertio Dubio, quo exquiritur, an Missionarii præfatis facultatibus uti possint in iis locis, in quibus Diocesani Episcopi similes obtinent facultates: respondetur, posse eos uti memoratis facultatibus, pro foro externo, tam in Matrimoniis contractis, quam in contrahendis dispensando, in iis tamen locis, in quibus non existunt Ordinarii similibus facultatibus instru-

**PONT.** cti, vel absunt ultra duas Diētas, non minus  
**A. XVII.** ducentis millibus passuum; juxta id, quod itidem in Brevibus et Constitutionibus Apostolicis cautum reperitur.

Quarto, quo definiendum proponitur, num in iis casibus, in quibus possunt Missionarii dispensare in judiciali foro; hoc ipsis præstare liceat sine prævia summaria informatione coram Notario et Vicario loci capta; ad comprobandam Dispensationis causam et impedimenti qualitatem, vel potiùs sufficere dicenda sit verbalis et extrajudicialis informatio: responsum est, nihil esse innovandum: et quoniam superioribus temporibus sufficiens visa est moralis certitudo tum causæ dispensandi, tum obstantis impedimenti, quantumvis judicialibus documentis non innixa; satius esse, ut eadem methodus in futurum quoque tempus retineatur.

Ad quintum denique Dubium; respiciens convalidationem Matrimoniorum, de qua quærebatur sub hypothese eorum nullitatis, desumptæ ex defectu facultatum in iis, qui Dispensationes concesserunt ad ea Matrimonia ineunda: quum ex data superius responsione ad primum dubium satis deprehendere licuerit hujusmodi positionem, seu hypothese non subsistere, nullus relinquitur respondendi locus.

**A Pontif. approban-** Hæc itaque sunt responsa data, seu resolutiones capte in Congregatione Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum habita coram Sanctissimo Domino Nostro BENEDICTO PP. XIV., quæ Sanctitas Sua, prævio maturo examine, approbavit et confirmavit: volens easdem, ad majorem solemnitatem, Apostolicis litteris in forma Brevis roborari: præcipiensque, ut, quoties casus confirmandi hujusmodi facultates obvenerit, in posterum confirmatio non concedatur, nisi præmissa seria adnotatione temporis, quo indultum antea concessum fuerat, ut ita deprehendatur, an constitutus in eo terminus sit elapsus, exindeque valeat hæc

super re opportunè provideri : Ac denique in-  
 jungens omnibus Ministris seu Officialibus utrius-  
 que Secretariæ, videlicet Brevium Secretorum,  
 et Congregationis de Propaganda Fide, ut sive  
 nova fiat concessio, sive confirmatio facultatum  
 jampridem obtentarum indulgeatur Missionariis  
 Societatis Jesu, tam concessio, quàm confirma-  
 tio, ad normam eorum, quæ præsentì Decreto  
 exposita sunt, atque statuta, in omnibus et  
 per omnia redigantur et conformentur.

ANNO  
 1757.

*Monumenta, quibus innixa sunt ea, quæ  
 in supradictò Decreto Sanctissimi D. N.  
 BENEDICTI Papæ XIV. statuuntur.*

(A) **I**N quocumque, seu quibusvis, non tamen  
 in primo, Consanguinitatis vel Affinitatis gradi-  
 bus : Ita legitur in Brevis San. Mem. Alexandri  
 PP. VIII. quod incipit : *Animarum saluti* : quod  
 est 14. in ordine Tom. IX. novissimi Bullarii  
 Romæ impressi §. 9.

(B) *In primo gradu etiam rectæ lineæ ex co-  
 pula illicita resultantis* : Hæc sunt verba Brevis  
 San. Mem. Clementis PP. XII. quod incipit :  
*Cum dubium* : et est 142. in ordine Tom. XIV.  
 citati Bullarii §. 2.

(C) *Ut matrimonium inter se contrahere, seu  
 in eo etiam scienter contracto remanere valeant* :  
 Ita legitur in Brevis Summorum Pontificum  
 Alexandri VIII., Clementis XII. et aliorum.

(D) *Præterea ejusdem Societatis Jesu Provin-  
 cialibus, vel ab eis deputandis Presbyteris, cum  
 Neophytis Provinciarum utriusque Indicæ, alia-  
 rumque Maris Oceani Regionum, in quibus in-  
 ter Infideles Fideles existunt, et non adsunt Or-  
 dinarii similem facultatem habentes, vel ultra  
 duas dietas existunt, in quocumque, seu quibus-  
 vis, non tamen in primo, Consanguinitatis, vel  
 Affinitatis gradibus, vel alias, conjunctis, seu  
 se attinentibus, aut Matrimonium inter se con-  
 trahere, seu in eo etiam scienter contracto re-*

PONT. *manere valeant, in foro conscientiae tantum; gratis tamen dispensandi; et insuper ibidem, locorum Ordinarius etc. etiam in judiciali foro: in reliquis autem Provinciis praefatis; Ordinariorum praesentia destitutis, vel ab eis ultra duas dietas praedictas, non minus ducentis millibus passuum remotis, Provincialibus et Deputatis Presbyteris praedictis cum eisdem Neophytis, non tamen in primo gradu, in utroque foro, gratis dispensandi: Ita legitur in citato Brevis San. Mem. Alexandri VIII. §. 9. et in citato Brevis San. Mem. Clementis XII. §. 2.*

(E) *Cum eisdem Neophytis in primo gradu, etiam rectae lineae, affinitatis ex copula illicita resultantis se attinentibus, ut Matrimonium quoque inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere similiter valeant, in occultis tamen, et in foro conscientiae tantum, ac urgentibus justis causis, gratis tamen dispensandi: Sunt verba citati Brevis San. Mem. Clementis XII. §. pariter 2.*

(F) *Et insuper quia a nonnullis dubitatum, seu haesitatum fuit, an omnes Indigenae illarum Regionum oriundi et naturales, et Christianorum indigenarum etiam baptizatorum filii, etiam in eorum infantia baptizati, jure Neophyti appellari possint, idcirco tenore earundem praesentium decernimus et declaramus, omnes oriundos seu naturales supradictarum omnium tam Orientalium, quam Occidentalium partium; imo etiamsi Aethiopes, Angulani, vel quarumvis aliarum transmarinarum regionum, etiamsi Christianorum filii, et in infantia baptizati, vel etiam inter se, vel cum Europeis mixtim progeniti sint, ad confessionis hujusmodi effectum, esse et intelligi debere Neophytos.... Quin etiam quia de mixtim progenitis, quos Mixtos vocant, majus dubium accepimus, cum eisdem mixtis, quos similiter ad hunc effectum Neophytos censendos esse decernimus, in gradibus et Matrimoniis contractis et contrahendis praedictis, gratis tamen, dummodo non ita facile id fiat, dispensare posse; eisdemque*



ANNO  
1757.

*Presbyteris facultatem desuper concedimus opportunam* : Verba sunt citati Brevis San. Mem. Alexandri VIII. §. 16., in quo etiam confirmatur similis alia præcedens Constitutio San. Mem. Clementis PP. IX. quæ incipit: *Animarum saluti* : expedita die 8. Januarii 1669.

(G) Proposito in generali Congregatione Cardinalium Generalium Inquisitorum habita feria iv. die 2. Junii 1618. sequenti dubio: *An appellatione Neophytorum Indi solùm noviter conversi comprehendantur; an non etiam qui sunt originarii per omnes eorum lineas, qua pro una dumtaxat parte ab illis originem trahunt, vulgò Quarterones appellati: et an comprehendantur, qui octavam partem per Proavum et Proaviam, et sive ab alterutro, sive ab utroque habeant, vulgò Pucuelles nuncupati* : Huic dubio responsum fuit: *Non comprehendunt Quarterones, multoque minus Pucuelles* : Hoc Congregationis Responsum confirmatum subinde fuit, instante Rege Catholico, unà cum aliis Declarationibus, a San. Mem. Clemente PP. XI. in suis Apostolicis litteris expeditis in forma Brevis die 29. Aprilis 1701. et iterùm aliis litteris Apostolicis in forma Brevis expeditis a Summo Pontifice BENEDICTO XIV. die 17. Julii 1748.

(H) Verba Brevium pro re, de qua nunc agitur, sunt comprehensiva omnium tam Orientalium, quàm Occidentalium partium, et etiam Æthiopum, Angolanorum, et quarumvis aliarum transmarinarum Regionum: Id colligitur ex præcitatæ verbis contentis in Brevis San. Mem. Alexandri VIII. §. 16.

(I) Verbum *gratis* reperitur in omnibus Apostolicis litteris, et concessionibus ad hanc materiam spectantibus.

(K) Feria 12. die 3. Maji 1752. Lecto Memoriali, in quo Procurator Generalis Societatis Jesu postulabat renovationem facultatum extraordinariarum in forma Brevis, quæ ab anno 1734. a San. Mem. Clemente XII. ad annos viginti pro Missionariis ejusdem Societatis proro-

POST. gatæ fuerant, Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi  
 A. XVII. DD. Cardinales Generales Inquiſitores dixerunt:  
*Pro gratia renovationis Brevis, dempta tamen  
 clausula, si Sanctiſſimo Domino Nostro placue-  
 rit: et est, quæ sequitur: Et insuper locorum  
 Ordinariis; ut de Presbyterorum eorumdem tam-  
 quam Adjutorum et Assessorum suorum, in locis  
 præfatis, et ubi eorum commodè haberi potuerit  
 copia, consilio, et cum illis, etiam in judiciali  
 foro: Et Feria v. die 4. ejusdem mensis in con-  
 sueta Audientia per R. P. Assessorem S. Officii  
 a Sanctiſſimo Domino Nostro BENEDICTO Papa  
 XIV. habita, Sanctitas Sua benignè annuit pro  
 renovatione Brevis, dempta tamen clausula,  
 ut supra. Hoc Decretum communicatum fuit  
 per R. P. Assessorem S. Officii, R. P. Secretario  
 Sacræ Congregationis de Propaganda Fide sub  
 eadem die quinta Maji 1752.*

(L) *Dictisque Ordinariis alios Presbyteros ido-  
 neos a se priùs approbatos, in locis, ubi non  
 adsint Missionarii similem facultatem habentes,  
 quoad præmissa in sui locum subdelegandi, li-  
 centiam et facultatem auctoritate Apostolica te-  
 nore præsentium concedimus et impertimur: Ita  
 legitur in citato Brevis San. Mem. Clementis  
 PP. XII. §. 2.*

(M) In Brevis Apostolico San. Mem. Pii IV.  
 expedito die 15. Junii 1563. habentur hæc verba:  
*In foro conscientiæ tantùm perpetuò: Prorogatio  
 ad annos viginti pro foro externo legitur tam in  
 hoc, quàm in aliis subsequentium Summorum  
 Pontificum Brevibus.*

Decret. §. 2. Nunc autem cupientes, ut ea, quæ  
 hujusmo- prævio tam sedulo accuratoque examine, in  
 di Apost. præinserto Decreto definita, decisa, et consti-  
 auctorit. tuta fuerunt, eò semper firmiter subsistant, et  
 unanimi- serventur exactius, præinsertum Decretum sin-  
 ne roborat. gulaque in eo contenta, auctoritate Apostolica,  
 tur. tenore præsentium, confirmamus et approba-  
 mus

mus, et quatenus opus esset, eadem illa ex integro, ac in omnibus et per omnia juxta præinserti Decreti seriem et tenorem, dicta Apostolica auctoritate, ac earundem præsentium litterarum tenore, statuimus, decernimus, et ordinamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Decernentes easdem præsentibus litteras semper firmas, validas et efficaces existere, suosque integros et plenarios effectus sortiri et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, ac respectivè ab iisdem observari debere; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationes, dictæque Apostolicæ Sedis Nuntios, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari,

ANNO  
1757.

§. 3. Non obstantibus contrariis forsan, etiam Apostolicis, seu in Synodalibus, aut Provincialibus Conciliis editis Constitutionibus et Ordinationibus, seu per dictas Indiarum Regiones invectis usibus et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et Litteris Apostolicis, dictarum Regionum Ecclesiis, etiam Metropolitanis, earumque Præsulibus, seu cujusvis Ordinis, et Instituti, etiam præfatæ Societatis Jesu, Missionibus, et Presbyteris Missionariis, in genere, aut in specie, etiam ad Regum, aliarumque sublimium Personarum instantiam, seu, quorumcumque meritorum intuitu, sub quacumque forma concessis, ac sæpius confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè et sufficienter expressis, et ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat, specialiter et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque,

Quibus-  
cumque  
in contra-  
rium non  
obstanti-  
bus.

**PONT.** §. 4. Volumus autem, ut earundem præ-  
**A. XVII.** sentium litterarum transumptis seu exemplis,  
 Sumpt. etiam impressis, manu alicujus Notarii publici  
 fides. subscriptis, et sigillo Personæ in Ecclesiastica  
 Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus  
 fides in judicio et extra adhibeatur, quæ præ-  
 sentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ  
 vel ostensæ.

**Dat. die** Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majo-  
 27. Janua- rem sub Annulo Piscatoris die 27. Januarii  
 rii 1757. MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-  
 Pont. 17. septimo.

*Cajetanus Amatus.*



## ANTIQUUM URBIS

LXVII.

Pantheon, nunc Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Martyres nuncupata, sub peculiari Romanorum Pontificum tutela suscipitur, ejusque Fabricæ conservatio Apostolicarum Ædium Præfecto pro tempore committitur, Palatii Apostolici sumptibus procuranda.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**A**D summi Sacrorum Christianorum Antistitis Proc-  
mium. curam specialiter pertinere non ambigitur, ut conservationi et decori Sacrarum Ædium diligenter prospiciat, earumque præsertim, quæ remotissimæ antiquitatis memoria, egregii operis amplitudine, et quod magis est, pretiosis Sacrarum Reliquiarum thesauris, ac singulari Christifidelium cultu jampridem conspicuæ, inter alia Deo sacra loca supereminere, peculiarisque sollicitudinis studium sibi vindicare conspiciuntur.

§. 1. His porrò nominibus neminem ignorare Quam ce-  
lebre Ro-  
mæ fuerit  
Templum  
Pantheon arbitramur, quantum clarescat celeberrimum Romæ Pantheon, quod olim a Marco Vipsanio Agrippa in Campo Martio extra Urbem insigni æternoque opere extractum, nunc in ipsius Urbis interiori, ac frequentissima regione situm deprehenditur, ex quo nimirum Aurelianus Imperator ejusdem Urbis ambitum latius prolatum, novis mœnibus circumclusit; quod quidem Pantheon, ineunte septimo Ecclesiæ sæculo, A S. Bo-  
nif. IV. Prædecessor Noster S. Bonifacius Papa IV. ab

PONT. Imperatore Phoca sibi concessum, et ab omni  
A. XVII. Gentilium superstitione expurgatum, vero æter-  
Deo in honore Deo sub invocatione Beatæ Mariæ Vir-  
nozem B. ginis Martyrum Reginæ dicavit.

Mariæ  
Virginis  
Martyr:  
Reginæ  
dicatum,  
atque in-  
genti Sa.  
crarum  
reliquiar.  
copia in-  
signitam.

Ea occasione Sanctissimus Pontifex, veteris  
disciplinæ retinentissimus, juxta quam incruent-  
tum Religionis Nostræ Sacrificium, aut ad ipsa  
Sepulchrâ Martyrum, aut supra Altaria, quæ  
simul eorum corporum conditoria evasisent,  
Omnipotenti Deo convenientissimè offerri con-  
suevit, ingentem vim Sacrarum Reliquiarum e  
variis Martyrum Cœmeteriis collectam, solemn-  
i instituta pompa, non minus xxviii. curribus,  
ut vetus traditio docet, impositam, in acqui-  
situm Christianæ Religionis Templum in-  
vexit; nec alia occasione putandum est sub Ara  
majore collocata fuissè Corpora Sanctorum Mar-  
tyrum Rasii et Anastasii, quæ inibi reperta  
An. Jubilæi MDCLXXV. jubente piæ memoriæ  
Prædecessore Nostro Clemente Papa X., festiva  
prius supplicatione in eorum honorem, et ad  
intermortuam ipsorum memoriâ in populo  
revocandam, per Urbem ducta, in eundem  
locum religiosissimè restituta fuerunt.

Solemnis  
ubique  
extitit  
hujus De-  
dicationis  
memoria.

§. 2. Ecclesiæ hujus Dedicatio, utpote insi-  
gnis Christianæ Fidei triumphus de extincta  
Idololatriæ tyrannide, in Romana quidem Ec-  
clesia adhuc ipso die consecrationis ejus, qui  
fuit tertio Idus Martii, anniversaria celebritate  
recolitur; idque ab antiquo tempore jugiter  
observatum fuisse evincit Sacramentarium vetus  
Gregorianum nuncupatum, ab Hugone Menardo  
editum, in quo prædictæ diei Missa ita in-  
scribitur: *In Natali Ecclesiæ Sanctæ Mariæ  
ad Martyres*: quo scilicet *Natalis* nomine,  
non solum Martyrum obitus, sed Ecclesiarum  
quoque Dedicationses, ac etiam Sedium Episco-  
palium constitutiones, ipsasque Sacrorum Pa-  
storum consecrationes ac enthronismos appellari  
consuevisse constat. Quum autem hujusce diei  
solemnitas per Christianum Orbem longè la-  
tèque propagata, frequentes ad Urbem attra-

heret Fideles eo anni tempore, quo consumptis, jam superioris anni frugibus, sæpe eveniebat, ut confluenti multitudini nequaquam sufficiens annona suppeteret; hinc satius visum est Prædecessori nostro Gregorio Papæ IV. circa annum Domini octingentesimum trigésimum quartum, hujusmodi solemnitatem ad opportunissimum anni tempus, ad diem videlicet Calendarum Novembrium, celebrandam transferre: quo facto; solenne Festum, quod nunc prædicta die; non solum in honorem Deiparæ Virginis; et Sanctorum Martyrum, sed etiam in cæterorum omnium Cœlestium spirituum, atque Sanctorum cum Christo regnantium memoriam, universa per Orbem Ecclesia celebrat, institutum fuisse non dubitatur.

§. 3. Celebris quoque fuit superioribus sæculis ad eandem Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Martyres Romanæ Ecclesiæ Conventus, alia per singulos annos stata die haberi solitus, Dominica videlicet; quæ Festum Pentecostes immediatè præcedit; dum Pontifex tum universo Clero ad eam accedens, Stationemque ibi et Missarum solemniter celebrans, sermonem ad Populum habebat de Spiritus Sancti adventu proxime recolendo, in ejus typum, (ut ait Benedictus Canonicus in suo Cæremoniali, quod Prædecessori Nostro Cœlestino Papæ II. tunc S. R. E. Cardinali Vidoni de Castello nuncupato, inscriptum edidit) *de altitudine Templi mittebantur Rosæ in figuram Spiritus Sancti*, quæ scilicet igneas linguas decidendo representabant; unde etiam apud Scriptores Ecclesiasticos hujusmodi dies Dominica *de Rosis*, seu *de Rosa* appellata fuit, et adhuc hujusmodi ritus vestigium retinetur ab ipsius Eccl. Canonicis, quibus prædicta die Officia Divina in Choro persolventibus Rosæ distribuuntur.

§. 4. Ecclesia isthæc a vetustissimis temporibus non solum Parochialis, sed etiam Collegialis fuisse dignoscitur, insigni videlicet Sæcularium Canonicorum Capitulo jugiter decorata: ac

ANN 6  
1759.

Atque hinc translata hujusmodi solemnitas. Greg. IV. ad diem Calend. Novemb. omnium SS. festum celebrari cepit.

Magnas quoque ad idem Templum conventus erat Rom. Eccl. proxima ante Pentecostem Dominicæ.

Colleg. Ecclesia jam prid. extitit; titulusque Præbyt. Card

**PONT. A. XVII.** insuper ex authenticis Romanæ Ecclesiæ monumentis eruitur, eam aliquando Presbyteri Cardinalis Titulum exitisse, quamvis recentioribus sæculis inter Urbis Titulos minimè adnumerata fuerit, donec fel. record. Prædecessor Noster Benedictus Papa XIII. adlecto in Diaconorum Cardinalium Ordinem bon. mem. Nicolao de Judice, qui sub Clemente XI., Apostolicarum Ædium Præfectus quum esset, eisdem Ecclesiæ instaurandæ ornandæque præfuerat, Ecclesiam ipsam ad Diaconia dignitatem evexit, dictumque Nicolaum primum Sanctæ Mariæ ad Martyres Diaconum Cardinalem renunciavit.

Olim quæque Cappellæ Pontificiæ nomine appellarint, seu quia Pontifices propinquas illi Ædes ab Anastasio Papa IV. extractas, urbanis negociis commodius consulturi, identidem incolere consueverint; seu quia eandem singulari studio sartam tectamque tueri, sacrisque donariis, vasis, ac vestibis instructam ornatamque habere, ac de omnibus ad eam pertinentibus, quasi peculiaris dominii jure, disponere nunquam omiserint.

**Normul-  
lorum  
Pontific.  
provid.  
pro hujus  
Templi  
conserva-  
tione.** §. 5. Et sanè in vitis Pontificum apud vulgatum Anastasium, frequens occurrit mentio tum profusæ in eandem Ecclesiam liberalitatis ac munificentia, tum etiam assidua circa illius statum et conservationem providentiæ et curæ Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum; inter quos meritò commemorandus videtur S. Gregorius Papa III., qui illata huic Sacro Templo gravissima damna ab Imperatore Constante, dum æreum amplissimi fornicis tectum, aliaque ædificii ornamenta simul ac firmamenta, hostilem in modum abstulerat, murario primum opere diligentissimè emendari curavit, mox plumbeis superinductis laminis totam molem ita communiit, ut gravissimæ impensæ opus nonnisi post septem elapsa sæcula sub Nicolao Papa V. ex integro renovari



necessæ fuerit, idemque adhuc tegumentum, aliorum Pontificum studio temporibus suis opportunè ac diligenter aptatum; augustam Ædem adversus vim temporum tempestatumque injurias satis tueatur.

A. N. O.  
1757.

§. 6. Simili cura Prædecessores Nostri S. Benedictus II. et Hadrianus I. ad interiorem Templi ornatum conversi, illius Parietes marmoribus incrustasse narrantur; quamobrem alteri eorum meritò tributus videtur ornatus ille, qui supra Ædificiî Coronam, ad usque Fornicis curvaturam assurgens, dum per ætatem licuit, stetit; porphÿreticis quidem, aliisque e vario marmore laminis speciosus, sed neque ad reliqui operis soliditatem exactus, neque ad priscam ædificandi rationem, quæ Augustæo sæculo vixit, elaboratus. Idem Hadrianus Aram Templi principem contexerat argenteo Ciborio, quod sive hominum manibus sublatum, sive temporum injuria detritum, Innocentius VIII. marmoreum restituit.

Aliorum  
cura in eo  
ornando.

Quod autem a Templi solo ad supradictam Coronam interjacet, fel. record. Prædecessor Noster Clemens Papa XI. hac Nôstra ætate, aptissimo simul, ac splendidissimo ornatu decoravit, perpolitus ingentibus pretiosisque columnis; incrustatis vario marmore parietibus, novaque Ara Maxima magnifico operè extracta.

Externam verò Templi faciem, quam vetustate fatiscentem similis memoriæ Prædecessor Noster Urbanus Papa VIII. (ærei lacunarum reliquiis, ad ornandam Principis Apostolorum Confessionem, instruendamque tormentis bellicis Hadrianam Arcem, translatis) nova contignatione communièrat, ac binis extractis ad usum æris campani Turribus exornaverat, idem ipse Clemens XI. area laxata, Ægyptioque Obelisco supra Fontem erecto, speciosiore pulchrioremque reddidit.

§. 7. Horum itaque, aliorumque Prædecessorum Pontificum exemplis, Officiique Nostri debito, quod in aliarum Sacrarum Ædium decore Pontifex etiam in signi ope-

**PONT.** tuendo, ac pro viribus augendo implere semper  
**A. XVII.** curavimus, excitati, et commonefacti; quum  
 re tum accepissemus, interiorum Testudinis partem,  
 conserva- non solum contracto tot sæculis volventibus situ  
 tionum, tum sordescere, sed etiam decidentibus quotidie cæ-  
 ornatui mentis, quæque reliqua erant ex plumbæis la-  
 prospexit minis, quibus olim interiùs obducta fuerunt  
 ipsius fornicis laquearia, secum trahentibus,  
 non sine confluentium periculo, sensim labe-  
 factari; rem omnem sedulo explorari præcipi-  
 mus, compertoque jampridem a fel. record.  
 Alexandro PP. VII. Prædecessore Nostro admo-  
 tas fuisse manus hujusmodi reparationi, quæ,  
 eodem morte intercepto, absolvi non valuit;  
 opus ipsum ex integro resumimus, appo-  
 sitisque miro Opificum Nostrorum artificio ma-  
 chinis, ingentes undique rimas obstrui, la-  
 quearia redintegrari, universumque fornicem  
 firmari et perpoliri curavimus; mox etiam sub-  
 jectum parietis gyrum, qui inter utramque Co-  
 ronam intercurrit, ab antiquo squalore vindic-  
 aturi, novum illius ornatum totius ædificii  
 formæ respondentem albario tectorioque opere  
 perficiendum mandavimus.

**Exemplo** §. 8. Qua in re dirigenda urgendaque, quum  
**Clem. XI.** egregia extiterit diligentia et opera Dilecti Filii  
**Cardinal.** Nostri Hieronymi SS. Cosmæ et Damiani S.  
**Hieron.** R. E. Diaconi Cardinalis Columnæ nuncupati,  
**Columnæ** ejusdem S. R. E. Camerarii, et Apostolicarum  
**Apostol.** Ædium Pro-Præfecti, cui Nos, præfati Clementis  
**Ædium** XI. Prædecessoris exemplo, hanc curam deman-  
**Pro-Præ-** davimus; ad asserendam perpetuo Sacri Augu-  
**fecto hu-** stique Templi conservationem valde opportu-  
**jus operis** num, simulque recensitis superiùs Prædecesso-  
**cura de-** rum Pontificum studiis convenientissimum fore  
**mandata.** judicavimus, illius specialem tutelam in poste-  
 rùm in Nos et Successores Nostros susceptam,  
 ejus vigilantie committere, qui nunc et pro  
 tempore Pontificii Palatii, ac cæterarum Ædium,  
 quæ peculiari jure ad Romanorum Pontificum  
 curam, aut usus pertinent, Præfectus, et pro  
 Officii sui munere Curator existet.

§. 9. Itaque motu proprio, et certâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuò valitura Constitutione, Dilectos Filios Conservatores Camerae Urbis Romæ, necnon ejusdem Camerae Fabricerios nuncupatos, ab omni cura et sollicitudine, qua hactenus circa sarta tecta ipsius Panthei, ad instar aliorum veterum Urbis Ædificiorum et monumentorum, intendere consueverunt, absolventes et penitus liberantes: Dilecto etiam Filio Nostro Prospero S. Mariæ ad Martyres Diacono S. R. E. Cardinali Columnæ de Sciarra nuncupato, ejusque Successoribus præfatæ Ecclesiæ Diaconis pro tempore futuris, committimus et mandamus, ut a Capitulo Canonorum ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, nunc quidem, cum primùm commodè fieri poterit, deinde verò singulis annis, seu quoties aliorum ipsius Capituli Officialium electio celebrabitur, duos ex ipsorum Canonorum numero Æditos seu Fabricerios nuncupandos eligi et deputari curent, qui hujusmodi munus, ea, qua decet, cura, et diligentia assumere atque obire sciant et valeant: Quibus sic electis, atque deinceps, ut præfertur, eligendis Nos, earundem præsentium tenore injungimus, et mandamus, ut diligenter studio- sèque Panthei fabricam identidem scrutentur, explorantes numquid a quoquam factum, illatum, appositumve fuerit, quod ei detrimento esse possit, vel quidquam vetustate labefactum, seu imbrum ac tempestatum vi defectum vitiatumve appareat, quod opportuna reparatione emendari conveniat. Quæcumque autem providenda, ordinanda aut restauranda compererint, ea omnia quamprimùm deferre non omittant ad nunc et pro tempore existentem Palatii Apostolici Præfectum; quem volumus deinceps, ad eum planè modum, quo cæteris Pontificiis Ædibus præest, hujus quoque Templi fabricæ conservandæ restaurandæque præesse; illiusque indemnitati pro Officii sui auctoritate prospicere; ejusdemque reparationibus et re-

ANNO

1757.

Apostol.

Ædium

pro tem-

pore Præ-

fecto in

perpetuo

committi-

tur, ut

præsit

conserva-

tioni Pan-

theon,

Palatii A-

postolici

sumpti-

bus perfici-

endæ.

**PONT. A XVII.** staurationibus pro tempore necessariis et opportunis, Apostolici Palatii sumptibus et expensis, consulere et providere: Nos enim præfato Hieron. Cardinali et Pro-Præfecto, ejusque Successoribus, per easdem præsentibus, hujusmodi curam committimus et demandamus, atque ad præmissos effectus plenam et omnimodam facultatem et potestatem tribuimus et impertimur.

**Præmissorum robor, non obstantibus quibuscumque.** §. 10. Decernentes, has Nostras Litteras et in eis contenta hujusmodi, etiam ex eo quod quicumque in præmissis aliquod interesse habentes, seu habere prætendentes, ad id vocati et auditi non fuerint, seu ex quovis alio capite, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel quovis alio defectu notari, impugnari, aut in jus vel controversiam vocari posse; sed semper perpetuò firmas, validas, et efficaces existere et fore, atque ab iis, ad quos pertinet, seu in posterum pertinebit, omnimodè observari, iisque, quorum favorem concernunt, plenissimè suffragari. Non obstantibus, de jure quæsito non tollendo, aliisque Regulis, Constitutionibus, et Litteris Apostolicis, nec non prædictæ Urbis, et Cameræ Capitolinæ, seu præfatæ Ecclesiæ, ejusque Capituli et Canonicorum, Statutis, usibus, consuetudinibus; etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel immemorabili observantia, seu quavis firmitate alia roboratis, ac iteratis vicibus confirmatis et innovatis: Quibus omnibus et singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis et insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum dumtaxat, specialiter et expressè derogamus, aliisque contrariis quibuscumque.

**Sanctio pœnalis.** §. 11. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostrarum absolutionis et liberationis, commissionum et mandatorum, facultatum impertitionis, voluntatis, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignatio-

nem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum. ANNO  
1757.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo, duodecimo Kalendas Martii, Pontificatus Nostri anno XVII. Dat. die  
18. Febr.  
1757.  
Pont. 17.

*J. Card. Pro-Datarius.*

*D. Card. Passioneus.*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

Loco ✕ Plumbi.

L. Eugenius.

*Registrata in Secretaria Brevium.*



РОСТ.  
A. XVII.

LXVIII.

## CONFIRMATIO

Concordiæ inter Archiepiscopum Moguntinum, S. R. I. Electorem, et Episcopum, atque Abbatem Fuldensem initæ, super jure Metropolitico Ecclesiæ Moguntinæ in Episcopatum, atque Ecclesiam Fuldensem, nec non super aliis utriusque Ecclesiæ controversiis.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Pontificis  
studium  
pro tuen-  
da quiete,  
et tran-  
quillitate  
inter Per-  
sonas Pa-  
storali di-  
gnitate in-  
signitas.

**A**D sacram Petri sedem in plenitudine potestatis, divina dispositione eveci, ad ea potissimum, quæ pro personarum quarumlibet præsertim Pastoralis dignitate præditarum, quiete, et tranquillitate observari debere dignoscuntur, libenter intendimus, ac iis, quæ vicissim providè per concordie ministerium ordinata fuisse comperimus ut illa firma persistent, Apostolici muniminis robur adjicimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Venerabilium Fratrum nostrorum Joannis Friderici Caroli moderni Archiepiscopi Moguntin., ac S. R. I. Electoris, necnon Adalberti moderni Episcopi, et Abbatis Fulden., ac ejusdem S. R. I. Principis, petitio continebat, quod cum inter dictum Joannem Fridericum Carolum Archiepiscopum, et Electorem, ac Decanum, et Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ ex una, ac prædictum Adalbertum Episcopum, et Abbatem,

ac Decanum, et Capitulum Ecclesiæ Episcopalis, et Abbatialis Fuldensis ex altera partibus, ad removendas omnes controversias, et ad omnium dissensionum semina penitus tollenda quædam concordia inita fuerit, cujus tenor est qui sequitur.

ANNO  
1757.

§. 2. Nos Joannes Fridericus Carolus Dei gratiâ S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius, et Princeps Elector : Et Nos Adalbertus electus Episcopus, et Abbas Fuldensis, Sacri Romani Imperii Princeps, Augustissimæ Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius per Germaniam, et Galliam, Primas etc. notum facimus, et profitemur etc. Dudum inter Archiepiscopatum, et Electoratum Moguntinum, ac principalem Abbatiam Fuldensem, optata per Divinam gratiam concordia, novisque frequenter ab Archiepiscopis Electoribus eidem Abbatiae impensis favoribus auctâ viguit amicitia, ita quidem, ut cum circa annum 1532. cogitatum esset de erigendo Episcopatu Fuldensi, Archiepiscopus Elector Moguntinus tum temporis existens, ejusque Capitulum Metropolitanum erectioni hujusmodi, et Fuldensis tunc Abbatibus sibi exposito desiderio faciles se præbuerint, et dum res ad exitum non perduceretur, ut Abbates Fuldenses Jura Moguntina porro libenter agnoverint, Archiepiscopi verò Moguntini eisdem Abbatibus sæculo præcedente Ecclesiasticam in Fuldensi Ditione Jurisdictionem reliquerint, eaque super re per Commissarios Moguntinos solèmnem Anno 1662. concordiam inter Moguntinam Metropolitanam, Cathedralè Herbipolensem, et Abbatialem Fuldensem Ecclesias conciliarint, tenoris, qui sequitur.

Tenor  
instru-  
menti  
Concor-  
diæ.

§. 3. » Nos Dei gratiâ Joannes Philippus Se-  
» dis Moguntinæ Archiepiscopus, Sacri Romani  
» Imperii per Germaniam Archicancellarius, et  
» Princeps Elector, qua Episcopus Herbipolen-  
» sis, et Franciæ Orientalis Dux etc. : Et Nos  
» Joachimus Abbas Fuldensis Sacri Romani Im-

Vetus  
transactio  
stipulata  
an. 1662.  
inter Ar-  
chiepisc.  
Mogunt.,

**PONT.** » perii Princeps, Romanorum Imperatricis Ar-  
**A. XVII.** » chancellar. per Germaniam, et Galliam,  
 eundem- » Primas etc. notum facimus, et pro Nobis,  
 que etiam » nostrisque Ecclesiis Herbipolensi, ac Fuldensi,  
**Episcop.** » earumque Successoribus tenore præsentium  
**Herbipol.** » cunctis palam profiteamur : posteaquam inde  
 atque Ab- » a pluribus annis inter honorabiles Prædes-  
**batem Mo-** » sores nostros, Nos, et concreditas Nobis Ec-  
**nast, Ful-** » clesias multifariæ differentiæ, et contentio-  
**densis in-** » nes, et in speciè quidem ob prætensam a No-  
**tegre hic** » bis Episcopo Herbipolensi in diversa loca, et  
**repetitur.** » Parochias dictæ Fuldensis Ecclesiæ potestatem  
 » Ecclesiasticam, et Jurisdictionem Episcopa-  
 » lem, exortæ sunt, ex quo schismata, et inor-  
 » dinationes in rebus tam Ecclesiasticis, quàm  
 » sæcularibus, in notabile utriusque Ecclesiæ, et  
 » boni publici detrimentum, non vanè suspi-  
 » cari potuimus, quod tandem Nos Episcopus  
 » Herbipolensis, et Nos Abbas Fuldensis, suasu,  
 » et fidei interpositione, atque hortatu Emi-  
 » nentissimi Principis, ac Dom. Dom. Joannis Phi-  
 » lippi S. Sedis Moguntinæ Archiepiscopi, Sacri  
 » Romani Imperii per Germaniam Archicancel-  
 » larii, et Electoris, Episcopi Herbipolensis, et  
 » Franciæ Orientalis Ducis, qua Archiepiscopi,  
 » et Electoris Moguntini, Domini, et Amici no-  
 » stri in primis dilecti, maximèque venerandi,  
 » ex studio vicinitatis, et affectu, prævia inter  
 » nostros ad id demandatos utraque ex parte,  
 » Consiliarios, et respectivè Legatos, tracta-  
 » tione, præ primis autem cum præscitu, et  
 » consensu Reverendorum nostrorum Episcopi  
 » Herbipolensis dilectorum devotorum Præpo-  
 » siti, Decani, et Capituli nostræ Ecclesiæ Ca-  
 » thedralis Herbipolensis, uti etiam Reverendo-  
 » rum nobilium nostrorum Abbatis Fuldensis  
 » dilectorum ac devotorum Decani, et Capituli  
 » Ecclesiæ Fuldensis, ad incrementum, et con-  
 » servationem bonæ vicinitatis, et mutuæ con-  
 » sensionis, necnon in matura perdifficili-  
 » nostrisque ante oculos obversantium tempo-  
 » rum, ac circumstantiarum contemplatione,



» atque hinc perspecta summa necessitate ar-  
 » ctioris inter Nos conjunctionis, et in nostræ  
 » præsertim Abbatis Fuldensis Ecclesiæ bonum  
 » tendentis concordiæ ineundæ, sequenti ra-  
 » tione per amicam transactionem inter Nos  
 » conventum fuerit, prout etiam hisce transi-  
 » gimus modo, quo sequitur.

§. 4. » Et primò quidem, cum ratione Epi-  
 » scopalis, et Ecclesiasticæ Jurisdictionis, (quam  
 » Nobis Episcopo Herbipolensi, et Venera-  
 » bilibus nostris Prædecessoribus in diversa  
 » Fuldensis suæ dilectionis Ecclesiæ Loca, Cœ-  
 » nobia, et Parochias competere hactenùs præ-  
 » tendimus) differentiæ essent obortæ, dum  
 » dilectio sua Fuldensis supra dictam Juris-  
 » dictionem Episcopalem a tempore immemo-  
 » riali exercitam, et ad se traductam fuisse  
 » constantissimè tueri voluit, ita convenit  
 » inter Nos, et promisimus Nos Episcopus  
 » Herbipolensis, quatenùs Dilectionem suam  
 » Fuldensem, ejusque Successores, et Eccle-  
 » siam, ratione Jurisdictionis Ecclesiasticæ huc-  
 » usque prætensæ, nullatenùs posthàc impu-  
 » gnare velimus, sed eandem pro nunc, et  
 » perpetuis temporibus integraliter relinqui-  
 » mus liberè, atque ultroneè penès Dilectio-  
 » nem suam, ejusdem Successores, et Eccle-  
 » siam Fuldensem; ut Ecclesia Fuldensis sit,  
 » maneatque eatenùs nullius Diœcesis, habeat-  
 » que ejusdem Antistes in Clerum et Populum  
 » Jurisdictionem Ordinariam privativè, qualis  
 » Prælati Episcopo inferioribus, et de facto  
 » Reverendissimo Fuldensi sive de jure sive ex  
 » consuetudine, competere; hancque Jurisdi-  
 » ctionem exercent, ut hactenùs exercita est,  
 » tam in Civilibus, et Matrimonialibus Laico-  
 » rum, quàm in Beneficialibus, et Crimina-  
 » libus Clericorum, aliisque Ecclesiasticis Cau-  
 » sis quibuscumque, sive per se, sive per Vi-  
 » carium, (aut Commissarium suum) quos  
 » constituere, et destituere, sicut et Clerum  
 » in omnibus tam Curatis quàm non Curatis

ANNO  
1757.

Plenis-  
sima ju-  
risdictio  
Abbati  
Fuldensi  
tribuitur  
in Clerum  
et Popul.  
sibi subje-  
ctum.

**PONT. A. XVII.** » Beneficiis instituere, et destituere; visitare;  
 » Synodum convocare, et alia omnia facere,  
 » quæ ab hac Jurisdictione quasi Episcopali  
 » dependent, ipsi semper integrum sit; sine  
 » ullo appellandi Jure ad Nos Episcopum Her-  
 » bipolensem, salvo tamen Jure Metropolitano,  
 » et remedio appellationis ad Metropolitanum,  
 » juxta ordinem, ab Ecclesia Catholica, cunctis-  
 » que Diocæsisibus hujus Provinciæ Moguntinæ  
 » laudabiliter receptum, et in viridi observantia  
 » constitutum; salva item libertate pro iis,  
 » quæ sunt Ordinis, quæque ex defectu gra-  
 » dus, Reverendissimo Fuldensi competere ne-  
 » queunt, non tantum Regulares, sed et  
 » Clericos sæculares sui Principatus mittendi,  
 » sive ad Metropolitanum; sive ad Nos  
 » Episcopum Herbipolensem, pro Ordinibus sa-  
 » cris suscipiendis; salva item libertate quem-  
 » cumque accersendi Catholicum Antistitem  
 » pro Sacramento Confirmationis, consecrandis  
 » Ecclesiis, Altaribus etc, idque sine nostra,  
 » nostrorumque Successorum, et Ecclesiæ in-  
 » terpellatione, contradictione, et impedimento,  
 » quomodolibet hæc nuncupari, aut excogitari  
 » queant. Nos tamen Abbas, et Princeps Ful-  
 » densis hisce per expressum declaramus, quod  
 » Jurisdictio quasi Episcopalis a Dilectionibus  
 » suis Domino Archiepiscopo, et Electore Mo-  
 » guntino, uti etiam a Domino Episcopo Her-  
 » bipolensi, ut præfertur, Nobis relicta, non  
 » diutiùs, quàm dum Ecclesia et Principatus  
 » noster Fuldensis, juxta foundationem, in  
 » Catholicorum manibus perstiterit, vigere,  
 » et in suo robore permanere debeat. Ubi verò  
 » per vim majorem, vel aliam quamcumque  
 » viam (quod, uti speramus, avertet Dei cle-  
 » mentia) in alienas, sive Catholicorum, sive  
 » A catholicorum manus devenerit, volumus,  
 » ac statuimus, ut tali casu hæc transactio ne-  
 » que Archiepiscopo Moguntino, neque Episcopo  
 » Herbipolensi ullatenus cedat in præjudicium,  
 » nec illi hæc teneantur, sed Jus suum Episco-

» pale plenariè tunc manutenendi, atque exer- Anno  
» cendi liberam habeant potestatem. Quemad- 1757.  
» modum etiam Nos Joannes Philippus qua  
» Archiepiscopus Moguntinus, et Nos Joannes  
» Philippus qua Episcopus Herbipolensis, hoc  
» insperato casu, Nobis Jura nostra, et Potè-  
» statem per expressum reservamus, hancque  
» cessionem eodisque dumtaxat exclusivè valitu-  
» ram hisce declaramus.

§. 5. » E contrario, ac pro secundo; quo- Naper  
» niam præsentis concordiæ finis unicus scopus, electis Ab  
» ac propositum est, ut nostrâ utriusque Ar- batibus  
» chiepiscopi Moguntini, et Episcopi Herbipo- iungitur, ut de  
» lensis amica, et vicinali coöperatione, atque sua ele-  
» assistentiâ, nostrâ Abbatis Fuldensis Ecclesia ctione  
» eò melius adversus hostiles, ac violentos im- certiores  
» petus defendatur et protegatur: Hinc nostri faciant  
» Abbatis Fuldensis Successores pro tempore Archiep.  
» existentes, vigore præsentium, obligentur, Mogunt.  
» ut quamprimum aliquis a nobili Capitulo et Episc.  
» per canonicam Electionem in locum Abbatis Herbip.  
» et Principis fuerit suffectus, idipsum semper  
» Nobis Electori Moguntino, ut Mediatori, et  
» absque eo Provinciæ Moguntinæ Metropoli-  
» tano, tum etiam Nobis Episcopo Herbipo-  
» lensi, per litteras notificare, atque una con-  
» firmationem supradictæ cessionis, necnon  
» actualem, quatenus necessitas exegerit, apud  
» ipsos manutenentiam amicè teneantur postu-  
» lare.

§. 6. » Tertio: quo facto etiam Nos Ar- Hi verbò,  
» chiepiscopus ac Princeps Elector Moguntinus, jurisdict.  
» et Nos Episcopus Herbipolensis, pro Nobis, et supe-  
» Successoribus, et Ecclesiis nostris spondemus riorit. Ec-  
» per præsentem, ac pollicemur, quod ad con- clesiastic.  
» firmationem a Dilectione sua Fuldensi præ- eidem Ab-  
» dicto modo petitam superioritatis Ecclesiasticæ, bati, in  
» et Jurisdictionis quasi Episcopalis, vigore hu- vim hujus  
» jus Concordiæ eidem relictæ, et quidem concord.  
» absque ullis impensis, vel taxæ cujusdam relictam,  
» pensionem impertiendam, necnon ad præstan- confirma-  
» dam reipsa manutenentiam, casu eveniente, re tenean-  
» tur.

PONT. » pariter obstricti et obligati esse debeamus  
 A. XVII. » ac velimus.

Tenor  
 Epist. qua  
 Abbas  
 suam ele-  
 ctionem  
 Archiep.  
 Mogunt.  
 et Episc.  
 Herbip.  
 nunciat.

§ 7. » Quarto : ad evitandam verò in ejus-  
 modi petitione respectivè confirmationis, et  
 » responsoria declaratione, omnem ambigui-  
 » tatem, et dissensiones, conventum inter Nos  
 » omnes, ac constitutum est; quatenùs illæ  
 » sequentis tenoris esse, et constanter manere  
 » debeant; ex parte videlicet nostra Abbatis  
 » Fuldensis ad utramque suam Dilectionem  
 » Moguntinam, et Herbipolensem (mutatis mu-  
 » tandis) ut sequitur ☐ *Prævia parata Officio-*  
 » *rum nostrorum oblatione: Dilectionem Vestram*  
 » *propenstæ vicinitatis confidentia celare non de-*  
 » *bemus; qualiter Nos post decessum (N.) Ve-*  
 » *nerabilis Prædecessoris nostri p. m. concordibus*  
 » *suffragiis; et electione nobilis nostri Capituli*  
 » *hujatis, in Abbatem, et Principem Fuldensem*  
 » *non ita pridem, et die quidem (N.) electi fue-*  
 » *rimus, simulque in actuali, et tranquilla no-*  
 » *stræ Abbatiæ, et Principatus Fuldensis pos-*  
 » *sessione constituti. Cum itaque probè recorde-*  
 » *mur; qualem concordiam Venerabilis Præde-*  
 » *cessor noster Abbas (N.) anno (N.) die (N.)*  
 » *cum Dilectionis Vestræ Domino Prædecessore*  
 » *tanquam Mediatore, uti etiam cum sua Dile-*  
 » *ctione Herbipolensi celebraverit; conventumque*  
 » *inter ipsos præter alia fuerit, ut quisvis Princeps,*  
 » *et Abbas Fuldensis; mox ab electione, confir-*  
 » *mationem Jurisdictionis Ecclesiasticæ ea in*  
 » *concordia nostræ Ecclesiæ relictæ, tum etiam*  
 » *manutentioniam, necessitate fugitante; per lit-*  
 » *teras petere, et vicissim Dilectio Vestra eam*  
 » *Nobis pariter per litteras responsorias sine re-*  
 » *cusatione impertiri, et respectivè assecurationem*  
 » *præstare teneatur; ac velit; Eapropter Dile-*  
 » *ctionem Vestram officiosè requirimus, ut ad*  
 » *has nostras memoratæ supra Concordiæ con-*  
 » *formes petitorias litteras; eatenùs se erga Nos*  
 » *declarare dignetur, quatenùs in prætracta Con-*  
 » *cordia continetur, et paciscentium congruit in-*

» *tentioni. Qui ad officia Dilectionis vestræ omni*  
 » *tempore prompti permanemus.*

ANNO  
1757.

§. 8. » Quintò : Ad responsorias verò tam  
 » a Nobis Archiepiscopo, et Electore Moguntino,  
 » quam a Nobis Episcopo Herbipolensi, et  
 » Franciæ Orientalis Duce, ad Dilectionem  
 » suam Fuld. dandas, quod attinet, erunt hæ  
 » (mutatis mutandis) vicissim tenoris sequentis  
 » *Prævia etc. Redditæ Nobis fuerunt Dile-*  
 » *ctionis Vestræ perhumanæ litteræ de die (N.)*  
 » *ex quibus perlegimus, eamdem unanimi Nobilis*  
 » *Capituli sui consensu in Abbatem, et Princi-*  
 » *pem Fuldensem fuisse electam, esseque in actuali,*  
 » *et pacifica possessione constitutam : et quæ præ-*  
 » *terea in vim Concordiæ anno (N.) erectæ Ipsa*  
 » *Nobis revocare in memoriam voluit. Quemad-*  
 » *modum igitur Dilectioni Vestræ ad obtentam*  
 » *istam Principalem Dignitatem, et Fuldensis*  
 » *Ecclesiæ Administrationem, omnem a Deo be-*  
 » *nedictionem, gratiam, opemque aprecamur :*  
 » *ita quoque ex præscripto memoratæ Concordiæ*  
 » *non solùm relictam tum temporis Dilectionis*  
 » *Vestræ Prædecessori p. m. ejusque Successori-*  
 » *bus, et Ecclesiæ, Jurisdictionem Ecclesiasti-*  
 » *cam in præsens plenariè denuò confirmamus,*  
 » *et ratificamus, verùm etiam promptos Nos pa-*  
 » *ratosque declaramus, ubi Dilectionem Vestram,*  
 » *ejusdem Successores, et Ecclesiam, præter*  
 » *omnem spem et opinionem, a quocumque de-*  
 » *mùm, spectatim verò a Catholicis, vel Acâ-*  
 » *tholicis vicinis, aut externis, in memorata*  
 » *Jurisdictione Ecclesiastica, aliisve Juribus suis*  
 » *infestari, aut turbari contingeret, Nos eidem*  
 » *omnem vicinalem assistentiam, operam, ac*  
 » *manutenentiam (prout eo casu a Dilectione Ve-*  
 » *stra fuerimus requisiti, et reliquæ tulerint cir-*  
 » *cumstantiæ) nullo non tempore præstituros.*  
 » *Dum Nos Dilectioni Vestræ grata etc.*

Exem-  
plar re-  
sponsio-  
nis ab his  
Abbati  
reddendæ

Integra  
utrinque  
sponde-  
tur Trans-  
actionis  
observan-  
tia.

§. 9. » Secundum hæc omnia, asserendo  
 » promittimus ac spondemus Nos Joannes Phi-  
 » lippus qua Archiepiscopus Moguntinus, et  
 » Mediator, et Nos quoque Joannes Philippus

PONT.  
A. XVII.

» qua Episcop. Herbipolensis, Franciæ Orientalis Dux, ac Nos Joachimus Abbas Fuldensis etc. respectivè Elector, et Principes, pro Nobis, nostris in Metropolitana Moguntina, Herbipolensi, ac Fuldensi Ecclesiis Successoribus, interpositis nostris Electorali, et Principali Dignitatibus, fide et fidelitate, quod contenta in hac Concordia puncta omnia et singula firmiter inviolata servare, neque iis unquam contraire, vel ut contraëatur, permittere velimus, sive per Nos, sive per nostros, quacumque ratione, aut via, ac quocumque id demùm fiat nomine, aut excogitare in contrarium mens humana valeat: prout etiam præter nunc adducta hujus transactionis puncta, omnes et singulos olim fortasse habitos tractatus, et conventiones præsentium tenore penitus abolemus, iisque per expressum perpetuò renuntiantes universim abrogamus, et cassamus. In cujus rei fidem, ac perenne robur Nos sæpe memoratus Joannes Philippus qua Archiepiscopus Moguntinus, et Mediator etc. tum etiam Nos Joannes Philippus qua Episcopus Herbipolensis, et Franciæ Orientalis Dux etc. et Nos Joachimus Abbas Fuldensis etc. hanc Concordiam manu propria subscripsimus.

» Et nos Joannes ab Hoppenheim conductus de Saal, Decanus, et universum Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ, necnon Nos Joannes Hartmannus de Rosenbach, Decanus, et Capitulum universum Ecclesiæ Cathedralis Herbipolensis, et Nos Matthias Benedictus de Rindorff Decanus, et Capitulum universum Ecclesiæ Fuldensis; profitemur, et notum facimus per præsentis litteras, pro Nobis, et Successoribus nostris, hanc Concordiam Nobis scientibus, et consentientibus in eam vigore præsentium consentimus fideliter, fraude ac dolo remotis. In cujus rei testimonium Eminentissimi, et Reverendissimi

» *morum Dominorum nostrorum Electoris, et* ANNO  
 » *Principum sigillis, etiam consueta Capitulo-* 1757.  
 » *rum nostrorum sigilla his Litteris apposui-*  
 » *mus. Actum die 23. Martii Anno 1662.*

» *J. Philippus A. M. E. H., manu propria,*  
 » *Joachimus Abbas, manu propria,*

(L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.) (L.S.)

» *Archiep. Mog. Abbatis Cap. Metr. Cap. Cath. Cap.*  
 » *et Ep. Herb. Fuldens. Mog. Herbip. Fuld.*

§. 10. Quæ quidem Concordia ab Archiepi-  
 scopo Moguntino, qua tali, necnon simul  
 qua Episcopo Herbipolensi, ac Abbate Fuldensi  
 subscripta, triumque Ecclesiarum Moguntinæ,  
 Herbipolensis, et Fuldensis Capitulari consensu,  
 et sigillis munita, plures per annos inviolata  
 feliciter substitit; sed cum Apostolica careret  
 confirmatione, et Herbipolensi Ecclesiæ Cathedra-  
 li minus utilis videretur, eaque propter  
 impugnata pro parte Episcopi Herbipolensis,  
 per iudicata Sacræ Rotæ rescinderetur, acri-  
 or Herbipolensem inter et Fuldensem Eccle-  
 sias coram Sacræ Rotæ Tribunali lis exorta  
 fuit, donec tandem ad novas easdem inter Ec-  
 clesias Concordiæ leges anno videlicet 1722.,  
 ac novissimè anno 1751, deventum est; quam  
 postremam quidem Concordiam Hammelburgi  
 initam Sanctissimus Dominus Noster BENEDIC-  
 TUS XIV. Pontifex Maximus dignatus est con-  
 firmare. (\*) Archiepiscopi interea Moguntini, ro-  
 gatu Placidi Abbatis Fuldensis in Concordia anni  
 1662. persistentes, nec litem Herbipolensis Ec-  
 clesiæ quantumvis implorati suam facientes,  
 Abbatiam novis favoribus prosequi non dubi-  
 tarunt, atque tum maximè, cum pro obeundis  
 in Fuldensi Ditione Pontificalibus, Episcopus  
 in Partibus ab Apostolica Sede indulgeretur,  
 cui concessioni non tantum minimè sunt relu-

Sequitur  
tenor re-  
centis  
Concord.

Plures  
lites su-  
per con-  
cordia an-  
1662. in-  
ter Episc.  
Herbipol.  
et Abbat.  
Fuldens.  
excitata  
per aliam  
concord.  
inter ean-  
dem ini-  
tam anno  
1751. se-

(\*) Vide supra Vol. 10. pag. 39. Constit. III.

PONT. ctati, verùm etiam ut Consecrationis munus in  
 A. XVII. ipsa reciperet Electorali Urbe Moguntina, fece-  
 datæ sunt. runt facultatem; cum verò anno 1752. de eri-  
 Vide su. gendo Episcopatu Fuldensi ageretur, re- cum  
 pra v. 10. Ecclesia Metropolitana Moguntina haud com-  
 pag. 59. municata, ac ipsa erectio Episcopatus a SS.  
 Const. IV. Dom. Nostro BENEDICTO XIV. Pont. Max. Bulla  
 desuper 5. Octobris 1752. edita perficeretur;

Post ere- tionem  
 Abbatiæ Fuldensis  
 in Episc. lis exorta  
 super jure Metrop.  
 Archiep. Mogunt.  
 Ejus ta- men fa- vore a Pont. de- finita.

tunc verò temporis existens Abbas, et Princeps  
 Fuldensis Episcopatum istum Fuldensem neo-  
 erectum exemptum, nullique Metropolitanò,  
 sed soli S. R. Sedi subjectum crederet; ea super  
 re ex parte Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ  
 conquestum fuit, et in litis hujus decursu,  
 supradicta Concordia de anno 1662. Mogunti-  
 nam inter, et Fuldensem Ecclesias inita, ab  
 Abbate Fuldensi asserta fuit insubsistens. De-  
 mùm verò decima Augusti anno 1755. a San-  
 ctissimo Domino BENEDICTO XIV. Pontifice  
 Maximo re maturè discussa, ac adhibitis in  
 consilium omnibus Sacræ Rotæ Auditoribus,  
 habitoque illorum in scriptis unanimi suffra-  
 gio, definitum fuit, constare de jure Metro-  
 politico Moguntino in totum Territorium Fuldense,  
 edito subinde desuper Apostolico Brevi dato 15.  
 Septembris 1756. tenoris sequentis:

## BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Litteræ Apostol. in forma Brevis de super ex- peditæ.

§. II. *SALUBERRIMUM* Apostolicæ providentiæ,  
 benignitatisque institutum a Prædecessoribus no-  
 stris Romanis Pontificibus sapientissimè in-  
 servatumque, ut iis quidem, quibus potuissent  
 titulis et honoribus insignes Ecclesias magis ma-  
 gisque ad Numinis Divini cultum, et Christifi-  
 delium utilitatem adaugerent, sed pari nihilomi-  
 nùs circumspectione, ac diligentia Hierarchicum  
 Ecclesiæ Catholicæ ordinem, in hisce ipsis ho-  
 norum largitionibus inviolatum, atque intactum,



ANNO  
1757.

*Decretis, ac rescriptis suis custodirent: a suscepti Pontificatus Nostri exordio ita, quoad nobis integrum fuit, tenere, et sequi studuimus, ut nullas hac in re Apostolicæ nostræ vigilantiae partes ubique Gentium desiderari passi fuerimus: Quamobrem cum insignis, et antiquissima Abbatia Fuldensis, quæ intra fines Provinciæ Moguntinæ sita esse non ambigitur, multis nominibus clara, maximè verò propter privilegia, quibus per Romanos Pontifices, atque ipsos etiam sæculares Principes locupletata fuit, in Germania plurimi fieret, magnoque in honore haberetur, non immeritò Nos, ad majus Catholicæ Fidei præsidium, atque ornamentum, Abbatiam ipsam in Episcopatum ereximus, ejusque Abbatem pro tempore existentem in Episcopum, et Abbatem insimul constituimus; quemadmodum ex aliis nostris sub plumbo expeditis litteris, quarum tenorem, quatenus opus sit, hisce præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur. Cùm verò post Episcopatus hujusmodi erectionem, atque Episcopi ordinationem, quædam eruperit controversia super autoritate, quæ Archiepiscopo Moguntino in dicta nova Episcopali Diocesi Metropolitico Jure competere deberet; Ut ea quàm citiùs, et absque ullo judiciali strepitu absolveretur, controversiam ipsam ad Nos advocavimus, reque tota per Nos ipsos diligenter considerata, itemque in Consilium adscitis peritissimis in Jure Canonico Viris nostræ Romanæ Rotæ Auditoribus, quemadmodum eximia Moguntinæ Sedis Dignitas non inter Germanos tantùm, sed universo Christiano Orbi perspecta exposcere videbatur, lætati admodum sumus, quod eorum suffragia tum ore tenus, tum etiam scripto exposita, et in manibus nostris relicta cum concepta jam priùs in mente nostra sententia prorsus convenirent. Quapropter uniformi prædictorum Auditorum sensui inhærentes, ea ipsa die, videlicet decima Augusti superioris anni 1755. decrevimus ac declaravimus, prædictas nostras litteras super erectione Abbatie Fuldensis in Epi-*

**PONT.** *scopatum, atque alias præcedentes itidem nostras*  
**A. XVII.** *super approbatione, et confirmatione cuiusdam*  
*concordiæ inter Episcopum Herbipolensem, et*  
*Abbatem Fuldensem peractæ, ita semper acci-*  
*piendas esse, interpretandas, atque intelligendas,*  
*ut per eas nihil omninò detractum, aut imminu-*  
*tum censeatur de authoritate, et Jure Metropoli-*  
*tico, quod in tota Provincia, atque adeo etiam*  
*in novo Episcopatu Fuldensi, et universa ejus*  
*Dioecesi, Moguntino Archiepiscopo competit,*  
*juxta præscriptum SS. Canonum, et S. Concilii*  
*Tridentini; salva tamen ex alia parte, atque,*  
*illæsa manente exemptione passiva, atque im-*  
*mediata subjectione huic S. Sedi Apostolicæ,*  
*quibus hætenus juxta formam suorum Privile-*  
*giorum gavisii sunt, et gaudere debent Monachi*  
*omnes et Monasterium Fuldense, cum sua*  
*Abbatiali Ecclesia, quæ nuper in Cathedrali*  
*erecta est, aliisque Ecclesiis, quæ secundum præ-*  
*sentem statum, eidem Monasterio pleno Jure in-*  
*corporatæ, et subjectæ reperiuntur: Ita tamen*  
*ut Populus, et Clerus sæcularis ab ejusmodi Ec-*  
*clesiis quomodolibet dependens, propter hoc a*  
*Jure Metropolitano prædicto nequaquam exem-*  
*ptus censeatur. Quo itaque firmiter Decretum hoc*  
*nostrum subsistat, et servetur exactius, Decre-*  
*tum ipsum tenore præsentium Apostolica autho-*  
*ritate confirmamus, atque inviolabili Apostolicæ*  
*firmitatis robore communimus. Decernentes, idem*  
*Decretum, et præsentis nostras literas semper*  
*firmas, validas, et efficaces existere, et fors,*  
*suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et*  
*obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tem-*  
*pore quandocumque spectabit, in omnibus, et per*  
*omnia plenissimè suffragari debere; sicque et non*  
*aliter in præmissis per quoscumque Judices Or-*  
*dinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatii*  
*Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales,*  
*et eorundem Cardinalium Congregationes, nec-*  
*non Apostolicæ Sedis Nuntios, et quosvis alios*  
*quæcumque præeminentia, et potestate fungentes*  
*et functuros, judicari, et definiri debere: ac ir-*  
*ritum*

ANNO  
1757.

ritum, et inane, quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, vel Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, et quibuscumque aliis in contrarium præmissorum etiam a Nobis quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Septembris 1756. Pontificatus Nostri anno decimoseptimo.

*Cajetanus Amatus.*

§. 12. Nos itaque Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus Moguntinus, et Princeps Elector etc., et Nos Adalbertus electus Episcopus, Abbas, et Princeps Fuldensis etc. ad reducendum inter utramque Ecclesiam Moguntinam, et Fuldensem pristinam concordiam, ac ad illam inviolabiliter, et in perpetuum stabiliendam, et ad removenda omnia, quæ futuris perpetuis temporibus Catholicorum, et Vicinorum Principum amicitiam, et quietem turbare possent, re maturè diuque deliberata, habitaque cum Capitulis Ecclesiarum nostrarum tractatu, deque eorum consilio, et consensu, in sequentibus reductæ pacis, et concordie leges convenimus. Nos Adalbertus electus Episcopus Abbas, et Princeps Fuldensis, præhabita jam tempore Sedis nuper vacantis in Capitulo nostro deliberatione, ac re etiam deinceps uberius perpensa, cognoscentes non aliam futuræ cum Ecclesia Moguntina pacis, ac stabiliendi novi Episcopatus Fuldensis basim esse posse, quam su-

Primum recentior. transact. caput, quo Episcopus Fuldensis plenam observantiam concordie an. 1662. promittit.

**PONT. A. XVII.** pradietam Concordiam annò 1661. inter utramque Ecclesiam feliciter initam, et usque ad recentes annos magno Fuldensis Abbatizæ bono observatam; Nos ab Eminentiſſimo et Celsiſſimo Principe Archiepiscopo Electore Moguntino Domino nostro cum primis Venerando, ejusque Capitulo Metropolitanò, ejusdem Concordiæ continuationem decenter petivimus, et petimus per præſentes, eandemque futuris perpetuis temporibus illibatam ſervare tam pro Nobis quàm nostris in Ecclesia Fuldensi Successoribus, promittimus, Nosque, Successoresque nostros ad literas in eadem concordia præſcriptas, nihil immutato illorum tenore, niſi quoad Episcopi nomen, obligamus.

**Mutatis tamen iis, quæ sunt de exercitio Pontificalium.** §. 13. Cùm tempore concordizæ anni 1662. in Fuldensi nostro Territorio non extaret Episcopus cum exercitio Pontificalium, sed Ordinandi, juxta Concordiæ leges, mittendi eſſent, siye ad Metropolitanum, siye ad Episcopum Herbipolensem, hæc et reliqua ibi de Pontificalium exercitio dicta, ipsa novi Episcopatus Fuldensis erectione mutata intelligantur.

**Jus quoque Metropolitan. Archiep. Moguntini in univers. Diœcesim suam agnoscit, et Brevi Apostolico obediunt. se præstiturum pollicetur.** §. 14. Cùm ab omni retro tempore Prædecessores nostri Abbates, et Capitulum Fuldense, Archiepiscopos Moguntinos, usque ad nuperæ litoris exordium, agnoverint totius Territorii Fuldensis Metropolitanos, Nos quoque Dilectionem suam modernum Eminentiſſimum Dominum Archiepiscopum et Electorem Moguntinum, ejusque in perpetuum Successores, tanquam Metropolitanos nostros, et universæ Diœcesis nostræ Fuldensis cis et trans amnem Fuldam, agnoscimus, ac pro Nobis, et Successoribus nostris promittimus Nos supremæ Apostolicæ Definitioni supradictæ, et Brevi Apostolico desuper edito die 15. Septembris anno 1756. supra de verbo ad verbum inserto, plenariam debitam paritionem præstare velle, sicque totum, et integrum Episcopatum nostrum Fuldensem (salva tamen, atque illæsa manente exemptione passiva, atque immediata subjectione S. Sedi

Apostolicæ quoad Personas in eodem Brevi expressas) Metropolitanæ Moguntinæ Ecclesiæ subiectum, et suffraganeum esse, et manere debere profitemur.

§. 15. Et cum contra bonam fidem, et amicitiae leges ageretur, si nostri Fuldenses subditi a quopiam quomodolibet absterrerentur ab appellationibus ad Metropolitanum Moguntinum Judicium, juxta ordinem ab Ecclesia Catholica præscriptum, interponendis, cavere studebimus omninò, ne ab Ecclesiasticis, vel Sæcularibus nostræ Ditionis Magistratibus, vel Particularibus etiam Personis, impediatur iidem Fuldenses nostri subditi ab appellationibus in omnibus Causis ad Vicariatum Generalem Episcopatus nostri devolutis, ad Metropolitanum Moguntinum interponendis, vel prosequendis; quem in finem etiam hanc nostram concordiam, Apostolica confirmatione secuta, Vicariatui nostro Generali, Parochisque notam faciemus. Cumque sic omnis discordiæ fomes sublatus sit, Nobis promittimus, fore, ut sua moderni Eminentissimi Domini Archiepiscopi Electoris Moguntini Dilectio Abbatiam nostram in Episcopatum legitimè erectam, Nosque, et Successores nostros legitimos Episcopos Fuldenses tam cis, quàm trans amnem Fuldam agnoscat, et ut in S. R. Imperio, ejusque Comitibus, et Tribunalibus, ac ubicumque opus fuerit, Nobis et Successoribus nostris prædicatum, ac titulus Episcopi tribuatur, officia sua impendat.

§. 16. Et Nos Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus, S. R. I. per Germaniam Archicancellarius, et Princeps Elector etc. Prædecessorum nostrorum, præsertim Joannis Philippi Archiepiscopi Electoris Moguntini exempla secuti, de consilio, et consensu Metropolitanis nostri Capituli, ob salutes fines supra expressos Concordiam sæpèdictam de anno 1662. superius insertam hisce renovatam volumus, ac renovamus, declarantes pro Nobis et Successoribus nostris, eandem Concordiam perpetuis

ANNO  
1757.

Profitetur  
se curatu-  
rum ne  
Appella-  
tiones ad  
Metrop. a  
quopiam  
impediam-  
tur.

Archiepiscopus  
Mogunt.  
quoque  
suam fi-  
dem obli-  
gat pro  
observan-  
da Con-  
cordia an-  
ni 1662.

**PONT.** temporibus valere, et quæ ibidem in favorem A. XVII. Abbatiae Fuldensis disposita sunt, observari in- violabiliter debere. Nosque, et Successores nostros prædictos ad Epistolam cujuscumque neq eligendi Fuldensis Principis, ea, quæ in Concordia præscribitur, formulam responsuros esse, ac promissam in iis opem, assistentiam, ac manutentionem præstituros.

**Admittit** §. 17. Sicuti nihil novi unquam petere, vel **exempt.** Fuldensis Abbatiae Juribus, et privilegiis quid- **passivam** quam detrahere volumus, ita non tantum exem- **Abbatiae** ptionem passivam Fuldensem in supradicto Apo- **Fuldensis** stolico Breyi præservatam et stabilitam spontè **in Apo-** agnoscimus, sed etiam ne contra illam quid- **stolico** quam a quocumque tentetur, invigilabimus. **Brevipræ-** **servatam.**

**Ejusdem** §. 18. Similiter Antecessorum nostrorum Ar- **erectio-**chiepiscoporum benevola erga Fuldensem Ab- **nem in**batiam vestigia, et faventem Episcopatus Ful- **Episc., et** densis erectioni intentionem secuti, eandem **Abbat. in** Episcopatus Fuldensis erectionem a Sanctissimo **Episcopos** Domino Nostro BENEDICTO XIV. Pontifice **se agnos-** Maximo factam, hisce probamus et laudamus, **cere pro-** atque Dilectionem suam modernum Reverendis- **fitetur.** simum Dominum Abbatem, et Principem Fuldensem, legitimum totius Dioceseos Fuldensis cis et trans amnem Fuldam Episcopum, nostræ tamen Ecclesiae Metropolitanæ Moguntinæ suffraganeum agnoscimus, et ut ubique in Sacro Romano Imperio agnoscat, officiis nostris non deerimus.

**Cavetur,** §. 19. Hanc nostram Concordiam Nos Joannes **ut ab u-** Fridericus Carolus Archiepiscopus Mogun- **traque** tinus, et Princeps Elector, et Nos Adalbertus **parte A-** electus Episcopus, Abbas, et Princeps Fulden- **postolic.** sis, ut eo magis roboretur, et perpetuis tem- **Beneplac.** poribus inviolata perduret, Sanctæ Sedi Apo- **impetretur** stolicæ, prout Præsules, et Principes eidem verè **pro** devotos decet, submittemus, ejusque Apostoli- **hujus** cam Confirmationem per nostros ibidem Mini- **Concord.** stros, ante confirmationem modernæ novæ Ele- **confirmat-** ctionis Fuldensis, unà rogabimus. Ante obten- **ione.** tam verò eandem Apostolicam confirmationem

hujus Concordiæ, et omnium in illa contento-  
rum, eadem hæc Concordia in nullius partis  
præjudicium poterit allegari. sed utriusque Ec-  
clesiæ Jura, salva; et integra manere debent.

ANNO  
1757.

§. 20. Atque hæc nostrâ Concordia matura  
deliberatione feliciter inita, sicut a S. Sede  
confirmata; perpetua basis mutuæ inter Eccle-  
siam Metropolitanam Moguntinam; et Cathedralem,  
et Abbatialem Fuldeusem amicitiae existet;  
neque contra illam exceptiones ullæ, cu-  
juscumque nominis, aut Pontificum; Cæsarum-  
que Constitutiones; Bullæ, litteræ, vel Privi-  
legia, nomine tenus verò Bulla Sanctissimi Do-  
mini Nostri BENEDICTI XIV. Pontificis Maximi  
super confirmatione Concordiæ Hammelburgen-  
sis inter Herbipolensem et Fuldensem Ecclesias  
initæ, vel subsequuta Episcopatus Fuldensis  
erectio, et desuper edita Apostolica Constitutio,  
aut aliud quodcumque poterit allegari; prout  
altè fatus Sanctissimus Dominus noster in Bre-  
vi Apostolico supra inserto jam disertè declaravit,  
hæc omnia Juribus Moguntinis nihil derogare. Iti-  
cujus rei majorem fidem Nos Joannes Fridericus  
Carolus Archiepiscopus Moguntinus, et Princeps  
Elector, et Nos Adalbertus electus Episcopus, Ab-  
bas, et Princeps Fuldensis hæc Concordiæ pa-  
ginas signavimus, et nostris jussimus commu-  
niri sigillis. Moguntia die duodecima Februarii,  
Fuldæ die 18. Februarii anno 1757.

Utraque  
pars hanc  
Concord.  
sanctissi-  
mè se ob-  
servatu-  
ram pro-  
mittit et  
recipit:

*J. Fridericus Carolus Archie-  
piscopus et Elector.*

(L.S.)

*Adalbertus elect. Episc.  
Abbas et Princ. Fuld.*

(L.S.)

Nos similiter Joannes Franciscus Antonius ab  
Hobeneck Decanus, totumque Capitulum Me-  
trop. Moguntin. necnon Nos Car. de Fehenbach,  
Decanus, et totum Capitulum Ecclesiæ Cathedra-  
lis, et Abbatialis Fuldensis, pro Nobis, no-  
strisque utrinque Successoribus, profitemur Con-

Accedit  
Concord.  
consensus  
utriusque  
Capituli  
Mogunt.  
et Fuld.

**PONT.** cordiam hanc suprascriptam, cum scitu, con-  
**A. XVII.** silio, et consensu nostro in omnibus, et per  
omnia fuisse initam, prout eidem omni meliori  
modo consentimus, eademque omnia probamus  
et laudamus. In quorum fidem Eminentissimi  
et Reverendissimorum DD. Nostrorum Electoris,  
et Principum sigillis, etiam consueta Capitulo-  
rum nostrorum Metropolitanum Moguntini, et Ca-  
thedralis ac Abbatialis Fulden. sigilla his literis  
apposuimus. Moguntiae 15. Februarii Fuldae 18.  
Febr. anno 1757.

(L.S.)

(L.S.)

Quod copia praecedens vero suo originali,  
praehabitâ diligenti et accuratâ collatione in  
omnibus de verbo ad verbum consona et con-  
formis sit, vigore appositi Sigilli Electoralis  
Moguntini corroboratur. Moguntiae die 16. Fe-  
bruarii 1757.

In fidem

(L.S.)

*P. Matthæus Maria*  
*Regim. Electoralis Moguntini*  
*Secretarius et Expeditor.*

**Pontifex.** §. 21. Joannes Fridericus Carolus Archiepi-  
**ante con-** scopus, et Elector, ac Adalbertus Episcopus,  
**firmat.** et Abbas praefati, Concordiam hujusmodi pro  
**Concord.** debito erga Sedem Apostolicam obsequio, et  
**ejus cogni-** reverentia, in omnibus ejus judicio, et autho-  
**tionem** ritate subjectam esse voluerunt; quapropter No-  
**remisit** bis supplicari fecerunt, ut Concordiam praedi-  
**Congreg.** ctam Apostolica autoritate approbare, et con-  
**particul.** firmare de benignitate Apostolica dignaremur;  
**super re-** hujusmodi autem precibus Nos inclinati, hu-  
**bus Con-** jusmodi negotium confirmationis ad Congrega-  
**sistoriali-** tionem Particularem super rebus Consistoriali-  
**bus.** bus praepositam expendendam remittere dignati  
sumus, ac eadem Congregatio praefatae Concor-  
diae Instrumento diligenter inspecto, omnibus-  
que in ea contentis accuratè perpensis; sub die



22. Mensis Martii proximè præteriti, censuit concordiam prædictam esse confirmandam, adjectis tamen nonnullis clausulis, quibus Nobis placuit, alias quoque clausulas etiam adjungere, prout ex Decreto ejusdem Congregationis latius apparet: cujus quidem dictæ Congregationis Decreti tenor est, qui sequitur:

ANNO  
1757.

*Moguntin. et Fulden. Confirmationis Concordiæ*

§. 22. *Cum inter Eminentissimum, et Reverendissimum Dominum Joannem Fridericum Archiepiscopum, et Electorem, ac RR. Decanum, et Capitulum Metropolitanæ Ecclesiæ Moguntinæ ex una, et R. P. Adalbertum electum Episcopum, et Abbatem, ac RR. Decanum, et Capitulum Ecclesiæ Episcopalis, et Abbatialis Fulden. ex altera partibus, ad removendas omnes controversias, et ad omnium dissensionum, ac simultatum semina penitus tollenda, Concordia inita, et mense Februario proximè præterito propriis subscriptionibus munita fuerit, quam pro debito erga Apostolicam Sedem obsequio, ac reverentia, in omnibus ejus Judicio, et authoritati subjecta esse voluerunt; ideo tam prædicti Archiepiscopus Moguntin., quam Episcopus, et Abbas Fuldenensis, Litteris ad Sanctissimum Dominum nostrum datis, humiliter supplicarunt, ut eam Apostolica authoritate approbare, et confirmare dignaretur. Hujusmodi autem precibus per Sanctitatem suam ad Congregationem Consistorialem Particularem remissis, eadem Congregatio, Concordiæ Instrumento diligenter inspecto, omnibusque in ea contentis accuratè expensis, censuit, Concordiam esse confirmandam; Ita tamen ut nullum unquam inde præjudicium illatum intelligatur alteri Concordiæ initæ inter Episcopum Herbipolensem, et Abbatem nunc Episcopum Fuldensem, et a Sede Apostolica confirmatæ per Apostolicas Litteras sub plumbo Kal. Octobris 1752. tum etiam erectioni Episcopatus Fulden., ejusdem jurisdictioni Ordinariæ; per similes Litteras tertio nonas*

Ejusdem  
Congreg.  
decetum

Congreg.  
eadem  
censuit  
Concord.  
esse con-  
firman-  
dam, non  
nullis ad-  
junctis  
a clausulis.

PONT. *Octobris anno 1752. nec non Juri Metropolitico*  
 A.XVII. *Archiepiscopi Moguntini per alias Litteras in*  
*forma Brevis die 15. Septembris 1756. expeditas;*  
*factaque per me infrascriptum Secretarium rela-*  
*tione, Sanctitas Sua dictæ Congregationis sen-*  
*tentiam benignè approbavit, decrevitque, ut om-*  
*nia in iisdem Apostolicis Litteris suis contenta,*  
*quatenus opus sit, de novo data, indulta, con-*  
*cessa, approbata, et confirmata censeantur.*  
*Datum Romæ die 22. Martii 1757.*

*Loco † Sigilli.*

*J. Cardinalis Millo.*

*N. Antonellus Sac. Congregationis*

*Consistorialis Secretarius.*

§. 23. Cùm autem, sicut eadem petitio sub-  
 jungebat, ea, quæ ab Apostolica Sede, appro-  
 bantur, et confirmantur, firmiùs subsistant,  
 et ab omnibus exactiùs observentur; proinde-  
 que Joannes Fridericus Carolus Archiepiscopus,  
 et Elector, ac Adalbertus Episcopus, et Abbas  
 prædicti, plurimum cupiant Concordiam prædi-  
 ctam, cum dictis adjunctis clausulis in prædicto  
 Decreto apposis, ac Decretum hujusmodi,  
 per Nos et Sedem Apostolicam, ut infra, ap-  
 probari et confirmari: Quare pro parte tam  
 dicti Joannis Friderici Caroli Archiepiscopi et  
 Electoris, quàm Adalberti Episcopi, et Abbatis  
 prædicti, Nobis fuit humiliter supplicatum,  
 quatenus eorum, ac Archiepiscopi, et Electo-  
 ris Moguntin., necnon Episcopi, et Abbatis  
 Fulden. prædicti pro tempore respectivè exi-  
 stentium, quieti, et tranquillitati in præmissis  
 opportunè providere, ipsosque specialis gratiæ  
 favore prosequi de benignitate Apostolica di-  
 gnaremur. Nos igitur, qui quantum cum Domino  
 possumus, diuturnam pacem, mutuamque ami-  
 citiam inter Ecclesiasticas Personas, præsertim  
 Pontificali dignitate insignitas, non tantùm  
 promovere, sed et stabilire sinceris desidera-

Juxta  
 Congreg-  
 Decret.  
 Concord.  
 confirma-  
 tur Apo-  
 stol. au-  
 ctoritate.

ANNO  
1757.

mus affectibus, Joanni Friderico Carolo Archiepiscopo, et Electori, ac Adalberto Episcopo, et Abbati prædictis, specialem gratiam facere volentes, eorumque singulares personas, a quibusvis suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Concordiam hujusmodi, cum prædictis clausulis in eodem Decreto expressis, necnon Decretum hujusmodi, Apostolica auctoritate, earundem tenore præsentium, perpetuò approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjicimus, ac Concordiam hujusmodi, cum prædictis clausulis in eodem decreto expressis, necnon Decretum prædictum, ab ipsis modernis, et pro tempore existentibus Archiepiscopo et Electore Moguntin., ac Episcopo et Abbate Fulden., ac ab aliis, ad quos spectat et pertinet, ac spectare et pertinere poterit in futurum, perpetuò observari, nec illi ullo unquam tempore derogari posse, neque debere.

§. 24. Præsentibus quoque Litteras Apostolicas **Decreta** semper, et perpetuò validas et efficaces existere, **cum dero-** et fore, suosque plenarios, et integros effectus **gatione** sorti, et obtinere, et sic ab omnibus **contrariis** censi; et ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari et definiiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Ecclesiarum Moguntin., et Fulden.,

**PONT. A.XVII.** etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus contrariis quibuscumque.

**Sanctio** §. 25. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam Nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, roboris adjectionis, ac decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

**Dat. 21. Maii 1757.** Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo, duodecimo Kalendas Junii, Pontificatus Nostri anno decimoseptimo.

*J. S. Villa.*

Loco ✕ Plumbi.



ANNO  
1757.

## MISSAM CELEBRANTES

LXIX.

Aut Fidelium Confessiones excipientes ad Presbyteratus Ordinem non promoti, quibus pœnis ex sacrorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum præscripto subjiciantur; quæ praxis hactenùs in Jùdiciis adversùs hujusmodi reos sit servata, et quomodo imposterùm sit providendum.

*Epistola Encyclica ad Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos, Locorum Ordinarios.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, Salutem, etc.*

**Q**UAM grave horrendumque scelus admittat, quicumque Sacerdotali Ordine non initiatus, Sacrificium Missæ celebrare præsumit, superfluum censemus multìs verbis demonstrare; quum omnibus perspectæ sint rationes, ob quas sacrilegum hujusmodi crimen meritò detestandum, atque districto pœnarum gladio vindicandum censetur. Satis itaque erit Apostolicas Prædecessorum nostrorum Constitutiones hìc indicare, quibus severissimæ adversùs memorati criminis reos pœnæ statuuntur; quæ scilicet a fel. record. Paulo IV., Sixto V., Clem. VIII., et Urbano VIII. Romanis Pontificibus editæ fuerunt; quarum sanctionibus decernitur, ut quicumque Sacerdotali caractere destitutus, compertus fuerit Missam celebrasse, Foro sæculari puniendus tradatur.

Pontific. Constit. de Celebrantibus non promotis, eorumque pœnis.

PONT. §. 2. Has omnes Constitutiones Nos ipsi memoravimus, et confirmavimus in nostra, quam A. XVII. usque ab anno Incarnat. Dom. MDCCXLIV.

Addita hujusmodi Sanction. firmitas contra exco-gitatas fraudes. Pontif. Nostri IV., sub Dat. XII. Kal. Majas edidimus, cujus initium est: *Sacerdos in æternum*, quæque impressa est in Bullario Nostro *Tbm. I. num. 97. (†)*, ubi præterea plures tolluntur exceptiones, et subterfugia, quæ per Defensores reorum afferri solebant, ut eos eximerent a

(†) *Hujus decreta pœna traditionis brachio sæculari; quantumvis legitimis probationibus planè constaret, eosdem, Sacerdotali ordinatione nunquam suscepta, Missam celebrasse.*

Pœnam in perditos homines sic irrogat Eccles. ut lenis, piæque Matris spiritum servet.

§. 3. Quamvis autem Ecclesia præfatos celebrantes non promotos, justitia sic exigente, sæculari Foro tradendos decreverit; quum tamen eadem pia mater sit, et ut omnibus constat, lenitatis et misericordiæ viscera gerat, nec unquam omisit, nec adhuc desinit mansuetudinis suæ argumenta præbere, tum in statuenda forma degradationis verbalis quæ realem degradationem præcedit; cum in ipsa reali degradatione exequenda; tum denique in providis legibus, et cautelis editis atque susceptis, ut nequissimos homines arceret a sacrilego ausu sese immiscendi Sacror. Mysteriorum celebrationi, absque Sacerdotali ordine et caractere, viam illis quodammodo præoccupando, qua in præfatam pœnam traditionis brachio sæculari proruere possent.

Id eruitur primò ex præscripta verbalis degradationis forma.

§. 4. In Pontificali Romano habetur forma degradationis verbalis, per quam videlicet profertur sententia decernens realem degradationem, non minus in eos, qui Sacris Ordinibus, excepto Presbyteratu, insigniti sunt, quàm et in cæteros Clericali tantum Tonsura, aut Minoribus Ordinibus initiatos. Hoc solum inter utrosque intercedit discrimen, quod in Clericos Minorum Ordinum, aut simpliciter Tonsuratos, verbalis degradatio peragitur, seu, quod idem est, degradatio realis decernitur, a solo Episcopo; absque aliorum quorumcumque interventu: in

alios verò Majoribus Ordinibus infra Sacerdotium insignitos non licet Episc. ad verbalem degradationem procedere, nisi assistentibus, et suffragium simul ferentibus aliis quibusdam personis, quarum præsentiam, sententiamque Canonicae Leges exposcunt.

ANNO  
1757.

§. 5. Celebris est Decretalis Prædecessoris Nostri Bonifacii Papæ VIII. in *Cap. Degradatio, de Pœnis, in sexto*, ubi hæc leguntur: *Super quo tibi taliter respondemus, quòd verbalis degradatio, seu depositio ab Ordinibus, vel Gradibus Ecclesiasticis, est a proprio Episcopo, sibi assistente in degradatione Clericorum in sacris constitutorum Ordinibus certo Episcoporum numero definito Canonibus facienda; quamquam proprii Episcopi sententia sine aliorum Episcoporum præsentia sufficiat in degradatione eorum, qui Minores dumtaxat Ordines receperunt.*

Indican-  
tur de ea  
canonica  
sanctio-  
nes.

§. 6. Notæ sunt etiam sanctiones Canonum, quos indicat Glossa Canonica, in *cit. Cap. Degradatio, in verb. Canonibus, de pœnis, in sexto*, quique definiunt numerum Episcoporum, qui assistere debent, ubi pronuncianda sit degradatio verbalis adversus Clericum in Majoribus Ordinibus constitutum.

§. 7. Nec quemquam latere potest quod in Sacro Concilio Tridentino statutum fuit *Sess. XIII. cap. 4. de reform.*, ubi quum animadversum fuisset, non ita facile in occurrentibus degradationum casibus reperiri posse numerum Episcoporum a Canonibus requisitum, facultas fit Episcopis procedendi etiam absque illis; adhibitis tamen, sibique ea in re assistentibus totidem Abbatibus, in Civitate, aut Diocesi residentibus, atque usu Mitræ et Baculi ex Apostolicæ Sedis indulto decoratis, vel, si hi non adsint, aliis personis in Ecclesiastica Dignitate constitutis, matura ætate, et sacrarum legum scientia spectabilibus.

Subsi-  
diaria de-  
gradatio-  
nis forma  
a Concilio  
Trident.  
permissa.

§. 8. Quoniam verò juxta veterem disciplinam, verbales degradationes peragebantur in Synodis Provincialibus, et in his quidem sin-

Assesso-  
res in ver-  
bali degra-  
dat. quo-  
jurefruan-  
tur.

PONT. guli Episcopi suum proferebant suffragium; A.XVII. quum nunc Episcopi, vel alii Ecclesiastici viri, de quibus diximus, locum gerant Patrum in Conciliis Provincialibus assidentium, facile intelligitur, in hos derivatum esse jus ferendi suffragii in degradationibus verbalibus, ad quas, uti Assessores, invitantur; quemadmodum plenè demonstratum a Nobis fuit in nostro Tractatu *De Synodo Diocesana, lib. 9. cap. 6. num. 4. novissimæ edit.*

In reali quoque degradat. Ecclesia eadem præbet lenitatis argumenta.

§. 9. Verbalem degradationem sequitur degradatio realis, cujus exequendæ ratio distinctè præscribitur in Pontificali Romano. Et in hac etiam Ecclesia minimè omittit perspicua lenitatis, et pietatis suæ argumenta præbere. Etenim priusquam degradatum tradat sæculari Curie Ministro, pro eo efficaciter deprecatur, ne pœna mortis, aut mutilationis membrorum eidem infligatur: *Domine Judex, verba sunt citati Pontificalis, rogamus Vos cum omni affectu, quo possumus, ut amore Dei, pietatis, et misericordiæ intuitu, et nostrorum interventu precaminum, miserrimo huic nullum mortis, vel mutilationis periculum inferatis.* Multoque ante Pontificalis Romani compilationem, idipsum expressum legitur in *Cap. Novimus*, quod est Innocentii III. *De verbor. signific.*, ibi: *Pro quo tamen, sermo est de degradato, sæculari Curie tradendo, debet Ecclesia efficaciter intercedere, apud Judicem laicum, ut citra mortis periculum, circa eum sententiam moderetur.* Videri quoque potest Alteserra *ad cit. Cap. Novimus, de verb. signific.*, ubi plures colligit Patrum auctoritates congruentes iis, quæ in præindicata Decretali statuuntur.

dem spiritus eruitur ex cautelis ad præcavenda delicta statutis.

§. 10. Ad confirmandum autem assumptum nostrum, de summo pietatis studio, quo Ecclesia etiam nil tale meritos prosequitur, viamque ipsis intercludere nititur, ne mortis pœnam per delicta incurrant: dicimus, antiquissima providentia cautum fuisse, ut qui e propria in alienam Diocesim transgreditur,



nisi fuerit in hac plenè cognitus, secum ferat Ordinarii sui litteras, quibus fides fiat, eum esse Sacerdotem, nulloque, quod sciatur, Canonico impedimento detentum, quominùs Sacra Mystera celebrare queat. Jam id decretum habetur in Sacra Chalcedonensi Synodo; ubi quum interdictum legatur Clerico atque Lectori, e sua in aliam Diœcesim commigrare, non præobtentis memoratis literis, quas Discessus appellamus, a proprio Episcopo; Jacobus Cujacius, aliique post eum accurati Scriptores, monuerunt, cum vera Textus lectione non congruere verbum, *Lectori*, sed *ignoto*; quemadmodum et ipsi adnotavimus in *nostra Institutione 34. editionis latinæ §. 1.* Quod si vetustiora etiam propositæ disciplinæ principia investigare libeat, consuli possunt Canones, qui Apostolici vocantur, apud Cotelierium in editione *Patrum Apostolicarum Tom. I. lib. 8.* inter quos adest Canon XIII. ita decernens: *Si quis Clericus, aut laicus, a communione suspensus, vel communicans, ad aliam properet Civitatem, et suscipiatur præter commendatitias litteras; et qui susceperunt, et qui susceptus est communione priventur: excommunicato verò proteletur ipsa correptio, tamquam qui mentitus sit, et Ecclesiam Dei seduxerit.* Consonat huic Canon XXXIV. ut patet ex subjectis illius verbis: *Nullus Episcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum, sine commendatitiis suscipiatur epistolis, et cum scripta detulerint, discutiantur attentius: et ita suscipiantur, si probatione pietatis extiterint: sin minus, nec quæ sunt necessaria subministrantur eis, et ad communionem nullatenùs admittantur, quia per subreptionem nulla prove-niunt.*

§. II. Porrò, quidquid disputent eruditi de Canonum vero Canonum Apostolicorum Auctore, certum est, eos magnum auctoritatis pondus habere, quum saltem sæculo Ecclesiæ tertio decurrente collecti fuerint ex pluribus Conciliis ante Nicænam Synodum celebratis: uti nunc temporis

ANNO  
1757.

Provida  
sanctio de  
Sacerd. e  
propria in  
aliena  
Diœcesim  
commi-  
grantibus

Vetustio-  
ra circa  
idipsum  
monu-  
menta.

Apostol.  
auctoritas  
et anti-  
quitas.

**PONT.** inter sacrarum antiquitatum investigatores con-  
A. XVII. venire videtur.

**Vetustioribus con-** §. 12. Sanctissimis hisce legibus conformes  
**grauent recentioris** sunt Concilii Tridentini sanctiones : conformes  
**Ecclesiæ leges.** sunt Epistolæ Encyclicæ a Congregationibus Ur-  
bis ad Ecclesiarum Antistites sæpe transmissæ. Idque etiam pro firmo tenendum est, quod li-  
cet non oporteat Episcopum sollicitum esse de  
Regularibus, qui in propriis Ecclesiis Missas  
celebrare intendunt, quum ejus rei cura reser-  
vata sit eorum Superioribus Regularibus; si  
quis tamen sæcularis Sacerdos in Ecclesiis Re-  
gularium Missam celebrare velit, hic etiam de-  
bet litteras Discessus a proprio Ordinario ob-  
tentas exhibere Episcopo, in cujus Diocœsi Sa-  
crum vult peragere, uti videre quoque est in  
Nôstra *Institutione* 34. *latinæ editionis* §. 1.

**Novæ cautelæ in** §. 13. Veterem hanc, justissimamque sanctio-  
**idipsum excogita-** nem, de cujus executione plura tradiderunt no-  
**tæ, ac præscri-** stri Scriptores pragmatici, (quos inter merito  
**ptæ.** memorandus est diligentissimus Monacellius.  
*Formular. Legal. Part. 1. Tit. 4. Formul. 8. pag.*  
*81. et Formul. 6. pag. 79. item Tit. 6. Formula*  
*18. pag. 160.*) providis excogitatis cautelis plu-  
rimum roboravit magnus Ecclesiasticæ discipli-  
næ restitutor S. Carolus Borromæus, cujus hæc  
de re Decreta pluribus in locis extantia studiose  
legenda, et expendenda monemus; videlicet in  
Concilio Provinciali Mediolanensi primo habito  
anno 1565. *part. 2.*, in secundo pariter Provin-  
ciali anni 1569. *Tit. 2. Decret. 1.*, ac in Provin-  
ciali tertio, anni 1753., item de Instructione  
ad Sacerdotes de celebratione Missæ, ac deni-  
que in Concilio Provinciali quarto celebrato  
anno 1576. Quibus in locis constitutum habe-  
tur, ut Parochus, in cujus Paræcia Sacerdos  
alienigena domicilium figit, si id per Diocœsim  
contingat, intra octo ad summum dies, illius  
adventum nunciare debeat Vicario Foraneo,  
qui rem ad Episcopum deferat : si autem in  
Civitate, Parochus ipse de omnibus certiore  
faciat Episcopum, qui sibi litteras discessus ab

hujusmodi Sacerdote exhiberi mandet, easque inspiciat, totumque earum tenorem sedulo expendat. Si enim Ordinarius subdito sibi Sacerdoti licentiam abessendi ad certum definitumque tempus indulserit, facultas celebrandi Missam eidem non ultra tempus illud concedenda decernitur. Notanda quoque jubetur dies, qua expeditæ fuerunt literæ discessus; ne scilicet ante eam diem, qua inspiciendæ, ac discutiendæ offeruntur, antiquiores sint duobus, vel quatuor, aut respectivè sex mensibus; duobus nimirum, si literæ confectæ sint intra Provinciam, quatuor verò, si extra Provinciam, in Italia tamen expeditæ fuerint; sex denique, si extra Italiam datæ comperiantur.

ANNO  
1757.

§. 14. Ex omnibus hisce tum generalibus, tum peculiaribus sanctionibus manifestè desumitur, quantopere Ecclesia abhorreat ab ea pœnâ ad effectum perducenda, quam Sacri Canones in Celebrantes non promotos sanxerunt; quandoquidem tot veluti aggeres hominibus obijciuntur, ne in ejusmodi delictum labantur, unde locus fiat executioni ejusdem pœnæ Sacris Legibus definitæ.

Premis-  
sorum  
conclusio

§. 15. Majoris tamen ponderis, ad hoc ipsum evincendum, est id, quod subjicimus. Sistit se aliquis coram Ecclesiastico Judice, sequè ipse denunciât, quamvis Sacerdotali Ordine destitutum, Missarum Sacrificia celebrasse, vel etiam Sacramentales Christifidelium Confessiones audisse. Ita se sponte sistens, eo privilegio gaudet, ut impositis ipsi salutaribus pœnitentiis, dimittatur; nisi tamen in ipso suo Constituto diminutus, ut ajunt, vel aliunde præventus fuerit; in his enim casibus carceribus custodiendus includitur. Sed si idem subinde Judici interroganti, an sciat causam, ob quam carceribus mancipatus sit, statim, non expectatis ulterioribus interrogationibus, seu quæsitis sincerè rem totam aperiat; quamvis de illius

Instauratur validius argumentum.

Cum se spontè sistentibus, vel cri-  
men sta-

**PONT.** incursu in pœnales Apostolicarum Constitutio-  
**A. XVII.** num sanctiones non dubitetur; ideoque dignus  
 tim faten- sit, qui sæculari Foro, uti capitalis criminis  
 tibus quo- reus, liberè tradatur; nihilominus admittitur  
 modo res ad beneficium minorationis pœnæ, commutata  
 transigat. ipsi pœna mortis in damnationem perpetuam ad  
 friremes; uti testatur bon. mem. Cardinalis  
 Albitius harum rerum peritissimus, in suo Tra-  
 ctatu de *Inconstantia in Fide part. i. cap. 14.*  
*num. 70. Si verò citatus, et vocatus, ad gene-*  
*ralem interrogaticnem; an sciat qua de causa*  
*fuerit vocatus; vel sciat causam suæ carceratio-*  
*nis, vel quomodo hic reperiatur, fatetur de plano*  
*veritatem; is tractatur, ac si esset spontè con-*  
*fessus, et cum eo mitius agitur, præsertim post*  
*condemnationem; ut scilicet gravior pœnâ com-*  
*mutetur in mitiorem etc. Et ita fuit resolutum in*  
*sacra Congregatione sub die 12. Maji 1604.*

Hodierna  
 praxis cir-  
 ca verba-  
 lem et rea-  
 lem de-  
 gradat.

§. 16. Illud etiam animadversione dignum est;  
 quod quamvis in Pontificali Romano præscripta  
 reperiatur degradatio, etiam a prima Clericali  
 Tonsura, licet de hac quæstio sit, an inter Or-  
 dines numerari debeat, nec ne; possitque Ju-  
 dex Ecclesiasticus, uti prænotavimus, quando  
 agitur de Minoribus Ordinibus, solus per se ver-  
 balem Degradationem peragere, quod ipsi non  
 licet sine aliorum interventu, ubi res est de  
 Ordinibus Majoribus; nihilominus nunc tem-  
 poris Sacerdotes, alique Clerici, tam Majorum,  
 quàm Minorum Ordinum, ad Triremes liberè  
 amandantur, vel etiam perpetuo carceri man-  
 cipantur, sine prævia verbali, multòque minus  
 reali Degradatione; uti cuique perspectum est,  
 et adnotatum quoque fuit a Sacerdote Catalani  
*Comment: ad Pontif: Rom. Tit. 16. §. 4. num. 6.*  
*Tbm. III.*

Factum,  
 unde ex-  
 orta præ-  
 sens quæ-  
 stio.

§. 17. In Tribunalium Ecclesiasticorum car-  
 ceribus nunc quoque satis superque reperiuntur  
 aliqui, eo nomine detenti, quod Sacerdotali Or-  
 dine carentes, Missas celebraverint, Sacramen-  
 tales Fidelium Confessiones exceperint, iisdem

etiam Eucharisticam Communionem expetentibus, Particulas distribuerint a se nulliter consecratas. Hos inter, duo erant, qui statim ac interrogati fuerunt, num detentionis suæ causam scirent, omnia ingenuè confessi sunt; ex quo orta est quæstio, an iidem admittendi essent ad beneficium minorationis pœnæ; ita nimirum, ut non quidem Sæculari Foro traderentur, tamquam capitis rei; sed potius in Triremes, seu Carcerem perpetuò detruderentur.

ANNO  
1757.

§. 18. Nulla quidem discordia detecta est in Judicium, suffragiis eorum, qui sive consulendo, sive Consulto- dicendo, in prædictorum Causis sententiam rumque dixerunt, super eo, an uterque reus pœnam circa ir- traditionis Foro Sæculari, atque adeo Capitis sam sen- pœnam incurrisset. Verùm nonnulli subdiderunt, tentiam. attenta eorum prompta confessione, qua unusquisque delictum suum plenè aperuerat, non expectatis ulterioribus Judicis interrogationibus; ambos promeritos esse, ut pro spontè confessis haberentur, utque propterea ad Triremes dumtaxat, vel Carcerem perpetuò damnarentur. Alii autem numero plures censuerunt, eosdem, tamquam capitis reos, brachiò sæculari liberè tradendos esse.

§. 19. Nos verò, quamvis ob ægritudinis Definiti- nostræ perviciam, Congregationibus super his vum de habitis, ut semper aliàs Nobis in more positum eadem ju- fuit, interesse non potuerimus; quum diciam tamen subinde omnia perlegere, et expendere Pontificis non omiserimus, Pontificiæ Clementiæ et mansuetudini magis consentaneum existimavimus, in mitiorem sententiam concedere; eoque vel magis, quod et Cardinalis Albitius in hujus generis rebus adeo versatus, testatum reliquit, ejusmodi pœnæ minorationem, veluti præmium, indulgeri consuevisse iis, qui ad primam Judicis interrogationem delictum suum integrè, apertèque fatentur, et plura suppetunt exempla causarum, quæ in similibus circumstantiis ita

**PONT.** transactæ fuerunt. Itaque volumus præfatos  
**A: XVII.** reos promeritæ pœnæ minoratione in præsentî  
 casu gaudere, nimirum Triremibus perpétuò  
 addici; ita ut ab iis nunquam dimitti; seu  
 pœnæ hujusmodi commutationem ullam impe-  
 trare valeant, præter quàm a Romano Ponti-  
 fice pro tempore existente; ac de eorum deli-  
 ctis, cum omnibus adjunctis circumstantiis,  
 edocto; relicta dumtaxat Judicibus facultate,  
 ut quoties perpetuùm triremium Opus præfatis  
 reis minimè congruere videatur, in illius locum  
 subrogare valeant perpetuam in ergastulo aut  
 carcere reclusionem, si reliqua ipsis ad id ne-  
 cessaria non desint. Præterea volumus atque  
 mandamus, ut quum damnatio ad Triremes,  
 seu ad perpetuam reclusionem; ut supra præ-  
 fatis reis formiter intimanda erit, id fiat a  
 a **Judice** **Judice**; præsentibus iis, qui ad Ecclesiarum  
 ferenda. **Sacraria** moderanda deputati sunt; quique ad  
 hujusmodi actum evocandi erunt ab ipso Jü-  
 dice, sub pœnis ejusdem arbitrio infligendis;  
 atque ea occasione gravis admonitio iis fiat;  
 de omnimoda observantia et executione eorum,  
 quæ sæpe præscripta sunt; nè scilicet ignotos  
 Sacerdotes Missam celebrare permittant; nisi  
 postquam Litteræ discëssus, quas secum a  
 propria Diœcesi prodeuntes attulerunt, reco-  
 gnitæ et examinatæ fuerint per eum, cui hu-  
 jusmodi cura demandata est. Idipsum enim  
 præstitum aliàs fuisse meminimus in hac eadem  
 Urbe, sub sel. rec. Prædecessore nostro Clemente  
 Papa XI. tunc quum sæculari Foro traditus fuit  
 reus quidam capitali pœna plectendus, eò quod  
 Sacerdotali Ordine non insignitus, Missam cele-  
 braverat:

Hæc quos  
 ad ante-  
 actum  
 tempus.  
 Nova in  
 futurum  
 contra

§. 2. Cùm iis igitur, qui usque nunc com-  
 perti fuerint ad Sacrum Presbyteratus Ordinem  
 non promoti, Missam celebrasse, aut Sacra-  
 mentales Confessiones excepisse, juxta rationem  
 hactenùs descriptam, a competentibus Judici-  
 bus; et Tribunalibus agendum decernimus. Sed

quonia hujusmodi crimen, utpote gravissi- Анно.  
 mum, et satis superque frequentatum, omni 1757.  
 ratione ræcavendum, et, quantum fas est, a nequissi-  
 Christiana Republica eliminandum, extirpan- mum sce-  
 dumque Nobis esse cognoscimus; novam hac lus paran-  
 de re legem a Nobis statutam per Apostolicam tur subsi-  
 Constitutionem, (cujus exemplum Epistolæ huic dia.  
 ad Nos Fraternitas Tua accipiet) in posterum,  
 post tres scilicet menses ab ejusdem Constitu-  
 tionis data computandos, omnino servari, et  
 ad effectum perduci mandamus, Tibique inte-  
 rim, Venerabilis Frater, Apostolicam Benedi-  
 ctionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die Dat. 2.  
 2. Augusti MDCCLVII. Pontif. Nostri An. XVII. Augusti

1757.  
Pont. 17.



PONT.  
A. XVII.

LXX.

## CELEBRANTIBUS MISSAM

Aut Fidelium Confessiones excipientibus, sine Sacerdotali Characterē, sincera criminis confessio facta in primo interrogatorio generali nihil suffragatura decernitur, ad evadendam pœnam traditionis brachio sæculari, indicatam in Constitutionibus Apostolicis.

## BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**D**IVINARUM, humanarumque Legum custodia vigilantia Nostræ concredita hoc Nobis onus imponit, ut et assiduo studio caveamus, ne scelera atque flagitia contra ipsas Leges committantur, et ut ea, quæ ab iniquitatis filiis perpetrari contingat, justo pœnarum rigore, ad formam Sanctionum iisdem Legibus adscriptarum, puniri et vindicari curemus.

Prædec. Pontific. Constitutiones de Celebrantibus non promotis jampridem a Pontifice confirmatæ ac pluribus additamentis elucidatæ.

§. 2. Sanè Nos aliàs, gravissimum eorum delictum detestantes, qui ad Sacerdotalem Ordinem non promoti, Missarum Sacrificia celebrare, Fidelium Confessiones excipere, et accedentibus ad Eucharisticam Mensam, Panem a sese nulliter conseeratum distribuere, ausu temerario præsumerent; edita Constitutione, quæ incipit: *Sacerdos in æternum*, data XII. Kal. Maji Anno Incarn. Dominicæ MDCCXLIV. Pontificatus Nostrî IV., antiquiores Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones adversus hujus generis delinquentes jampridem editas confirmantes et innovantes, complures alias



declarationes, atque cautelas addidimus, ad eliminandum a Christiana Republica sacrilegum ejusmodi facinus maximè opportunas, quæ distinctè legi possunt in citata Constitutione nostra, impressa in Bullario nostro *Tbm. I. num. XCVII. (Hujus Edit. vol. 2. pag. 255.)*

ANNO  
1757-

§. 3. His tamen amplio rem providentiam nunc superaddere cogimur, ut aliud delinquentibus effugium ibi non enunciatum, et ab invecta sensim in Tribunalibus consuetudine jam ipsis penè concessum, quo debitas sibi graviores penas plerique evadere possent, unà cum cæteris per dictam Constitutionem nostram sublatis, pariter adimamus.

**Novæ**  
provid.  
adversus  
novum ef-  
fugium  
nunc ro-  
borandæ.

§. 4. Invenimus siquidem hunc morem habitens observari consuevisse, ut si Reus constitutus, quum primùm a Judice interrogatus fuerit, an sciat qua de causa carceribus inclusus sit, apertè et candidè delictum suum fateatur et narret; tunc is, veluti spontè confessus, ad obtinendam pœnæ minorationem habilitetur; quod nimirùm eo recidit, ut ad Triremes, vel ad carcerem perpetuò damnetur, sed nequaquam Foro Sæculari tradatur, tamquam capitalis criminis reus: quemadmodum præfatæ Prædecessorum nostrorum Constitutiones, a Nobismetipsis, ut supra diximus, confirmatæ, et innovatæ præseribunt; uti latius a Nobis expositum est in Epistola Encyclica ad Antistites Ordinarios Locorum, et Judices in hac materia competentes, hæc ipsa die per Nos data.

**Benignæ**  
agendi ra-  
tio cum  
reis deli-  
ctum su-  
nm prom-  
ptè faten-  
tibus, jam  
pro con-  
suetudine  
recepta.

§. 5. Quum autem experientia compertum fuerit, perosque reos, qui Sacerdotali Characterè carentes Missam celebrarunt, aut Sacramentum Pœnitentiæ nulliter ministrarunt, de hujusmodi Tribunalium indulgentia satis edoctos, vix unquam omittere, quin statim atque carceribus detenti, et coram Judice constituti fuerint, delictum suum disertè confiteantur, ad hoc ut traditionem Foro Sæculari, extremumque supplicium exinde consequens evadant;

**Eadem**  
delin-  
quentibus  
nota, im-  
punitat.  
plerisque  
præstat.

**PONT. A. XVII.** quumque hac ratione reipsa eveniat, ut vix ullus sit ex hujusmodi criminis reis, qui moderationem poenæ in præfatis Constitutionibus statutæ non obtineat; eoque beneficio fruatur, ut quum Sæculari Foro, tamquam capitali iudicio damnatus, et mortis reus, tradendus fuisset, perpetuò potiùs Carceri, aut Triremibus mancipetur.

**Hujusmodi praxis in posterum tempus proscribitur, et constituitur rigor servandus jubetur.** §. 6. Idcirco Nos perniciosam hujusmodi praxim de medio tollere coacti, motu proprio, et certâ scientiâ, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, per hanc nostram perpetuò validam Constitutionem decernimus, atque statuimus, in posterum, videlicet post tres menses a data præsentium Litterarum computandos, nulli amplius Clerico, sive Laico sæpediti criminis reo, promeritæ poenæ minorationem ullam concedi debere, sive posse, intuitu promptæ, apertæque confessionis, qua delictum suum in circumstantiis superiùs enunciatis Judici fassus fuerit; sed, ea non obstante, omnes et singulos in præcedentibus Constitutionibus hac de re editis comprehensos, a Iudice competente, in casibus ibidem expressis, prævia etiam degradatione, quatenus opus sit, tradendos omninò fore, et esse Brachio Sæculari, capitali poena puniendos.

**Tollitur aliter iudicandi, interpretandique facultas.** §. 7. Sicque, et non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Iudices Ordinariorum, et Delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, Nostrosque et Apostolicæ Sedis etiam de Latere Legatos, seu Nuntios, et in quibuscumque Tribunalibus, et Officiis, etiam specifica mentione dignis, sublata cuilibet aliter iudicandi, et interpretandi facultate, iudicari, definiri, et post lapsum trium mensium, ut supra, ad executionem, et effectum omninò perducere.

**Derogatur contrarium.** §. 8. Non obstantibus contrariis quibusvis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, Ordinationibus, et Decretis, nec non dictorum Tribunalium, et Officiorum praxi, stylo, statutis, usibus et consuetudinibus; etiam immemorabilibus

morabilibus ; Personarum quoque, Locorum, **ANNO**  
 et Ordinum, Congregationum, Societatum, In- 1757.  
 stitutorum, et Militiarum, Privilegiis, Exem-  
 ptionibus, et Indultis, quæ supradictæ prioris  
 Constitutionis Nostræ executioni decrevimus  
 non obstare : Quibus omnibus et singulis, etiam  
 ad præsentium Litterarum nostrarum effectum,  
 iterum plenissimè et amplissimè derogamus,  
 cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Nulli ergo hominum liceat paginam **Sanctio**  
 hanc nostrorum Decretorum, Statutorum, et **penalis.**  
 Derogationum infringere, vel ei ausu temerario  
 contraire : Si quis autem hoc attentare præsum-  
 pserit, indignationem Dei Omnipotentis, ac  
 Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se  
 noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno **Dat. 2.**  
 Incarnationis Dominicæ MDCCLVII. , Quarto **Augusti**  
 Nonas Augusti, Pontificatus Nostri Anno De- 1757.  
 cimoséptimo. **Pont. 17.**

*J. Card. Pro-Datar,*

*D. Card. Passioneus,*

VISA DE CURIA,

J. C. Boschi,

L. Eugenius.

Loco ✕ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium,*

*Publicat. die 11. Augusti 1757.*



Font.  
A. XVIII,

LXXI.

## DAMNATIO

Et prohibitio Epistolæ manuscriptæ, quæ directæ legitur : *Amplissimis S. R. E. Cardinalibus, et clarissimis Theologis in Urbe Præneste congregatis post pacem Ecclesiæ Gallicanæ restitutam, et methodum propediem edituris pro studiis peragendis ab Alumnis Collegii Urbani de Propaganda Fide ad Hæreticos profligandos, ad Gentiles, et Atheos in sinum Ecclesiæ reducendos.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam,*

**C**um ad nonnullos ex Venerabilibus Fratribus Nostriſ S. R. E. Cardinalibus pervenerint Exemplum manuſcriptum cuſuſdam Epistolæ, cui præfixa est Directio hujusmodi: *Amplissimis S. R. E. Cardinalibus, et clarissimis Theologis in Urbe Præneste congregatis post pacem Ecclesiæ Gallicanæ restitutam, et methodum propediem edituris pro studiis peragendis ab Alumnis Collegii Urbani de Propaganda Fide, ad Hæreticos profligandos, ad Gentiles, et Atheos in sinum Ecclesiæ reducendos; quæ incipit: Hæc sunt Dubia etc.; ac desinit in ea verba; et explendam novitatem: unumque etiam ex hujusmodi Exemplis transmissum fuerit ad Dilectum Filium Noſtrum Albericum ejusdem S. R. E. Cardinalem Archintum nuncupatum, Noſtrum in univèrſi Status negotiis Secretarium, eo scilicet*

consilio, ut Nostris quoque oculis Epistola ipsa subjiceretur, id quod est factum : Cumque officii Nostri partes sint, pro commissi Nobis divinitus Gregis Dominici cura, animarum periculis, atque detrimentis, quæ ex præfatæ Epistolæ lectione et usu provenire possent, Pastoralis sollicitudine, quantum cum Domino possumus, occurrere : Idcirco Nos statim aliquot Viros doctos, Theologicæ facultatis professores, nulliusque partis studio addictos, elegimus, iisque injunximus, ut de prædicta Epistola, deque in ea contentis, judicium facerent, qui sanè mandatis Nostris diligenter obtemperantes, sententiis suis doctè prudenterque conscriptis, unanimiter censuerunt, prædictam Epistolam, utpote refertam assertionibus respectivè falsis, temerariis, scandalosis, multimodè injuriosis, contumeliosis, impudentibus, captiosis, seditiosis, et schismati faventibus, damnamam a Nobis et proscribendam fore.

§. 2. Relato Theologorum examini successit aliud, quod Nos ipsi pariter commisimus nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris prædictæ S. R. E. Cardinalibus Theologicarum Discipularum scientiâ præstantibus; qui eadem Epistolam maturè perpensa, ponderatisque dictorum Theologorum suffragiis, in eadem cum ipsis sententiam convenerunt, quæque ab illis adducta et firmata sunt, suis quoque calculis comprobant.

Horum Theolog. judicium comprobant nonnulli S. R. E. Cardinal. quibus a Pont. ejusdem Epistolæ examen fuit demandatum. Rem totam ipse Pontifex consideravit et expendit, negotiumque communi-

§. 3. Nos denique ipsi, quæcumque in primo et altero examine discussa fuerant, inspiciere, legere, et considerare non prætermisimus; dictæque Epistolæ tenorem cum illius censura studiosè comparavimus. Subinde verò Nos ipsi rem totam communicavimus cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Rep. Christ. Generalibus Inquisitoribus adversùs hæreticam pravivatem Auctoritate Apostolica deputatis, in Sacrorum Canonum san-

**P. 7.** ctionibus, graviorumque negotiorum tractatione  
**A. XVIII.** apprimè versatis; quibus quum omnia distin-  
 cavit cum ctè exposuerimus, quæ tum a Nobis gesta sunt,  
**S. R. E.** tum a prædictis Theologis et Cardinalibus in  
**Card. S.** priori et posteriori Epistolæ examine præ ocu-  
**Inquisit.** lis habita fuerunt; his quoque censentibus  
 qui pariter prædictam Epistolam damnandam et proscri-  
**Epist.** bendam esse; Nos, inhærentes hujusmodi Theo-  
 proscri- logorum et Cardinalium judiciis atque consiliis,  
 bendam logorum et Cardinalium judiciis atque consiliis,  
 judica- ac etiam motu proprio, et certâ scientiâ Nostrâ,  
 runt. præsentium Litterarum tenore, sæpèdictam Epi-  
**Apostol.** stolam, tamquam continentem assertiones re-  
 idcirco spectivè falsas, temerarias, scandalosas, mul-  
 auctorit. timodè injuriosas, contumeliosas, impudentes,  
 damnatur ejusque captiosas, seditiosas, et schismati faventes, Au-  
 Epistolæ ctoritate Apostolica damnamus et reprobamus,  
 exempla ejusque Exempla legi, describi, et retineri  
 legi, de. prohibemus; mandantes omnibus, et singulis  
 scribi, et Christianidelibus, qui ejusmodi Exempla penès  
 retineri se habuerint, seu in quorum manus subinde  
 prohib. pervenerint, ut illa, statim atque præsentibus  
 Litteræ eis innotuerint, hæreticæ pravitatis In-  
 quisitoribus, seu eorum Vicariis, ubi adsit  
 Sancti Officii Tribunal, alioquin Episcopis, seu  
 Ordinariis locorum, tradere et consignare  
 teneantur: sub poena excommunicationis ma-  
 joris, quoad Personas sæculares, quo verò ad  
 personas Ecclesiasticas, etiam Regulares, hu-  
 jusmodi mandato Nostro non obedientes, et  
 contrafacientes, sub poena suspensionis a Divi-  
 nis, ipso facto, absque alia declaratione in-  
 currendis; quarum absolutionem, et respectivè  
 relaxationem, Nobis et Successoribus Nostris  
 Romanis Pontificibus pro tempore existentibus,  
 reservamus; excepto dumtaxat, quoad excom-  
 municationem prædictam, uniuscujusque mortis  
 articulo, quo nimirum Confessarius quilibet  
 ab hujusmodi censura, ut præfertur, incursa,  
 absolvere poterit.

**Officio S. Inquisit.** §. 4. Quia verò æquum non est, ut impuni-  
 tus remaneat Auctor prædictæ damnatæ, et

proscriptæ Epistolæ, qui per assertiones, ut supra, reprobatas, carpere atque traducere ausus est rectissimam agendi rationem eorum Cardinalium, quorum Nos consilio, et opera usi sumus, ubi actum fuit de conscribenda Epistola Encyclica, quæ prodiit superiore anno 1756. sub Dat. die xvi. mensis Octobris; idemque contra ipsam Epistolam Nostram Encyclicam audendo, Nos etiam, qui eam conscripsimus, malignitatis suæ jaculis petere non veretur; Idcirco Nos Officio Sanctæ Inquisitionis committimus et injungimus, ut exactissimâ diligentiam adhibitâ, curet Auctorem sæpeditæ damnatæ Epistolæ, qui adhuc latet, detegere, et agnoscere: Volentes, ut statim ac collecta fuerint indicia, quæ semiplenam, ut ajunt, probationem constituent, ad capturam Rei ejusmodi indiciiis gravati, juxta stylum, et consuetudinem Sancti Officii, deveniatur, deindeque completo et concluso Processu, ad ultteriores pœnas adversus eum procedatur, juxta Sacrorum Canonum et Constitutionum Apostolicarum sanctiones; sic exigente justitiâ publicâ, quæ perniciosos hujusmodi ausus severiori vindicta coerceri jubet.

A. N. W. B.  
1757  
tionis in-  
jungitur  
damnata  
epistolæ  
auctorem  
detegere.

§. 5. Ut autem eadem præsentés Litteræ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, et auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curie Generalis in Monte Citorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; sic verò publicatas, omnes et singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illarum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent: ipsarum autem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publicii subscriptis, et sigillo Personæ in

Publicat.  
harum  
Litterar.  
Apostol.  
decerni-  
tur et fi-  
des earum  
sumptis  
habenda.

**PONT.** Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem, tam in iudicio, quàm extra illud, ubique Locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent vel ostensæ.

**Dat.** 5. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
**Sept.** 1757 Annulo Piscatoris die 5. Septemb. MDCCLVII.  
**Pont.** 18. Pontificatus Nostri Anno decimo Octavo.

*D. Card. Passioneus.*

*Publicat. eodem Die, Mense, et Anno.*

LXXII.

## CONFIRMATUR

**Resolutio** Congregationis deputatæ super correctione librorum Ecclesiæ Orientalis, super abbreviatione Officii, et Missæ pro Monachis Ordinis S. Basilii.

*Constitutio hæc, in editione Romana, ordine LXXII. in editione Veneta, quam secuti fuimus, invenitur post Constitutionem XLVII. Vide Vol. XI. pag. 186. et subjectam notam pag. 192.*



# APPENDIX

AD TOMUM IV.

BULLARIUM

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI D.

BENEDICTI PAPÆ XIV.

ACTA, ET DECRETA

In Causis Beatificationum, et Canonizationum, aliisque ad Sacrarum Rituum materiam spectantibus, addenda ad Tomum VI. Operum Sanctissimi Domini Nostri Romæ editum anno 1751.

CUM nonnulla post annum Pontificatus sui <sup>Decret. generale</sup> decimum BENEDICTUS XIV. <sup>Sanctissimi D. Nostri Ben. Pap. XIV.</sup> Decreta, Epistolas, Constitutionesque ediderit ad materiam Sacrarum Rituum spectantia, quæ in Tomo VI. Operum ejusdem SS. Domini Nostri edito anno 1751. locum habere non potuerunt, ea hîc in unum collegimus singula suis, prout indicantur, locis postea inserenda, quandocumque nova horum Operum editio fieri contigerit. Igitur <sup>super testibus de auditu auditus in causis Beatificet Canonisationis.</sup> ad Caput I., ubi referuntur *Decreta Generalia*, post IV. Decretum pag. 19. addatur V. scilicet.

## DECRETUM GENERALE

SANCTISSIMI D. N.

## BENEDICTI PAPA XIV.

**C**UM ex relatione eorum, quæ in Congregationibus Sac. Rituum, aut Antepreparatoris, aut Preparatoris proponuntur, et discutiuntur, facta Nobis pro sui muneris adimplemento tum a Congregationis Secretario, tum a Fidei Processu motors, innotuerit, sæpe excitatam fuisse inter Apostol. ejusdem Congregationis Consultores controversiam, an in Causis Beatificationis, et Canonizationis Servorum Dei, procedentibus per viam non Cultus, cum disputandum proponitur Dubium super Virtutibus aut Martyrio, Testes de de visu, auditu auditus, qui soli extant in Processu Apostolico, in linea probationis jungi possint cum in Processu Ordinario; contendentibus nonnullis, id tantum fieri posse, si Testes de auditu, qui extant in Processu Apostolico, sint de auditu a videntibus; aliisque asserentibus, idipsum fieri debere, etiamsi Testes non sint de auditu a videntibus, sed de auditu auditus, dummodo cætera alia non desint, quæ requiruntur pro conjunctione Processus Ordinarii cum Processu Apostolico, et alia etiam concurrant a Congregatione Rituum statuta, ut rite, et recte admittantur Testes de auditu, de quibus omnibus in Nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 2. c. 4. et 5.

Id fieri non posse, et solis Testibus de auditu a videntibus id competere decernitur.

§. 2. Nos ad amputandam quæcumque controversiam, decernimus primò, non posse in linea probationis conjungi Testes de auditu auditus in Processu Apostolico examinatos, cum Testibus de visu, qui extant in Processu Ordinario, prædictamque conjunctionem in linea probationis competere tantum Testibus de auditu a videnti-

*bus, qui sint in Processu Apostolico examinati, dummodo cætera supra indicata non desint requisita : et ex conjunctione Testium de visu examinatorum in Processu Ordinario, cum Testibus de auditu a videntibus, examinatis in Processu Apostolico, propositis Dubiis super Virtutibus, aut Martyrio, responderi posse, Constare de Virtutibus etc. aut Constare de Martyrio : Et in progressu ad ulteriora pro obtinenda formali Beatificatione sufficere debere duo miracula, quæ ante Beatificationem patrata sint, et approbata; et pro obtinenda Canonizatione sufficere debere alia duo miracula, post Beatificationem secuta et approbata.*

§. 3. *Decernimus secundo loco, quod, si in Processu Ordinario Testes extert de visu, et in Processu Apostolico non reperiantur nisi Testes de auditu auditus, Testes hi de auditu auditus, in Processu Apostolico excepti, vim et robur adminiculi habere valeant, modo quidem levis, modo gravis, prout eorum numerus, et qualitas exposcit, ita ut, exclusa a Postulatoribus quacumque fraudis, aut negligentie suspicione, ex qua factum sit, ut soli Testes de auditu auditus in Processu Apostolico fuerint examinati, si, attentis numero, et qualitate Testium de visu in Processu Ordinario examinatorum, habitaque consideratione adminiculi non levis, sed gravis, desumpti ex Testibus de auditu auditus in Processu Apostolico examinatis, res ad eum statum redacta sit, ut faciat fidem, et auctoritatem Viro prudenti de te gravi iudicaturò, propositis Dubii super Virtutibus, aut Martyrio, responderi possit, ita constare de Virtutibus, aut ita constare de Martyrio, ut procedi possit ad ulteriora, hoc est ad discussionem Miraculorum : Nec obtineri posse Decretum Beatificationis, nisi tria Miracula præcesserint, quæ fuerint approbata; neque demùm Canonizationis Decreto locum esse debere, nisi duo alia post Beatificationem Miracula superveniant, quæ pariter fuerint approbata.*

Robur  
lumen et  
vim ad-  
miniculi  
testes de  
auditua-  
ditus ha-  
bere quan-  
doque pos-  
sunt.

Presenti Decreto §. 4. *Demum tertio loco decernimus, nihil per præsens Decretum a Nobis fuisse immutatum, nihil immutatum super Dubio Virtutum, aut Martyrii, in Causis, quæ procedunt per viam casus excepti, aut in quibus, etsi procedant per viam ordinariam non quæ procedunt per viam Cultus, soli Testes de auditu extant in Processu tum Ordinario, tum Apostolico; quoad eas enim casus exactè observari mandamus Decretum Generale excepti, aut a Nobis editum die 23. Aprilis 1741. et impres- in quibus sum in Nostro Opere de Canonizatione Sancto- soli testes rum lib. 3. cap. 3. num. 25. editionis Patavinæ, de auditu et editionis Romanæ, quod etiam nunc confirma- extant in tum quoad numerum Miraculorum, tum utroque etiam quoad cætera, quæ in dicto Decreto Processu. continentur; et in quibus statuitur, Miracula semper esse comprobanda per Testes contestes de visu, sive agatur de Causis procedentibus per viam Ordinariam de non Cultu, sive per viam extraor- dinariam de casu excepto, et sive res sit de Mi- raculis pro obtinenda Beatificatione, sive de aliis, quæ proponuntur pro Canonizatione obtinenda. Et Secretario Congregationis Sacrorum Rituum mandamus, ut præsens Nostrum Decretum inter acta Congregationis referat, et typis edi curet, ut ad omnium notitiam deveniat.*

*Datum hac die 17. Julii 1744.*

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Dat. 17.  
Julii 1744.

Loco † Sigilli.

M. Marefiscus S. R. C. Secr.





SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PP. XIV. Epistola ad Capitulum, et Canonicos Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis data, occasione, qua, S. Proci Martyris Corpus repertum in S. Thrasonis Cæmeterio, in eadem Ecclesiæ collocandum, transmittitur.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

Procc-  
mium.

**J**AM dudum Nobis erat in animo, unum aliquod Sancti Corpus cum suo nomine proprio inventum mittere ad istam Nostram Metropolitanam Ecclesiam, inter cætera dona, quæ ei largiri solemus quotannis, occasione Solemnitatis S. Petri Apostolorum Principis, in cujus honorem eadem Ecclesia dedicata est.

Quælibet  
pars Cor-  
poris cu-  
juscum-  
que Sancti  
venera-  
tione pro-  
sequenda.

§. 1. Non ignoramus, veneratione coli debere non solum cujuscumque Sancti Corpus integrum, sed quamlibet etiam partem a reliquo ejus corpore divisam : *Hæc est enim Sanctorum Martyrum gloria, quorum, etsi per universum Mundum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo* : ita loquitur Sanctus Maximus *Serm. 55.* inter Sermones, qui olim Sancto Ambrosio adjudicabantur, ut videre est in *Operibus hujus Sancti Patris tom. 2. editionis Parisiensis ann. 1690. pag. 466.* Cum Sancto Maximo cohæret Sanctus Gregorius Nazianzenus, qui in suo *Carmine de Virtute* juxta interpretationem Petavii *lib. 14. de Incarnatione cap. 11. §. 3.* ait :

*Tanta porro est veritatis veneratio,  
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquia-  
rum*

LETTERA DELLA SANTITÀ' DI NOSTRO  
SIGNORE BENEDETTO PP. XIV. scritta  
al Capitolo, e Canonici della Metropolitana  
di Bologna, in occasione che mandava loro  
il Corpo di S. Proco Martire, ritrovato nel  
Cimiterio di S. Trasone; per farlo collocare  
nella medesima Metropolitana.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**E'** Qualche tempo, che ci venne in pensiero Proemio.  
di mandare a cotesta Nostra Chiesa Metropoli-  
tana, fra gli altri regali, che siamo soliti di  
mandare ogni anno per la Festa del glorioso  
S. Pietro Principe degli Apostoli, in onore del  
quale la detta Chiesa è dedicata, un Corpo  
Santo intero, ritrovato col proprio nome.

§. 1. Sappiamo doverci venerare non solo il Qualun-  
Corpo intero di qualunque Santo, ma ancora que por-  
ogni parte d'esso staccata dal rimanente: *Hæc zione del*  
*est Sanctorum Martyrum gloria, quorum, etsi per Corpo d'*  
*universum Mundum seminatur in cineribus por- un qual-*  
*tio, manet tamen integra in virtutibus plenti che Santo*  
*tudo*: sono parole di S. Massimo nel Sermone à degna  
cinquantesimoquinto fra quelli fin ora attribuiti zione.  
a S. Ambrogio, come può vedersi nel tom. 2.  
delle Opere di questo Santo Padre della stam-  
pa di Parigi dell'anno 1690. alla pag. 466., col  
quale concorda San Greg. Nazianzeno nel suo  
Componimento poetico *de Virtute*, secondo l'in-  
terpretazione del Petavio al lib. 14. *de Incar-*  
*natione cap. 11. §. 3.*

*Tanta porrò est veritatis veneratio,  
Ut vel exiguus pulvis, aut aliquod reliquia-  
rum*

*Ossium vetustorum, vel capillorum particula,*

*Aut panniculi, aut aspersi cruoris*

*Nota quæpiam, ad totius honorem aliquando sufficient,*

*Et appellatione sanctos sunt reliquie :*

*Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto Martyre :*

*Eadem quippe vi prædita : O Miraculum !  
Salutem enim affert etiam sola recordatio.*

Etiam si  
ejusdem  
Sancti no-  
men igno-  
retur.

§. 2. Nobis constat præterea, quod quotiescumque habentur indicia certa, corpus aliquod, aut partem ipsius, esse corpus, aut partem corporis alicujus Sancti, licet hujus nomen lateat; corpori tamen, aut parti illi religiosus cultus debetur, qui cæteris Sanctorum Reliquiis præstari solet, ut latè ostendimus in *nostro Opere de Canonizatione lib. 4. part. 2. cap. 27.* editionis præsertim Patavinæ, a Nobis, etiamsi assiduo gravissimarum occupationum pondere prememur, plurimum locupletatæ; qua editione, pro nunquam intermissa benevolentia vestra erga Nos, laboresque Nostros qualescumque, minimè vos carere arbitramur.

Major ta-  
men est  
fidelium  
devotio  
erga inte-  
grum cor-  
pus alicu-  
jus Sancti  
si præser-  
tim de e-  
jus pro-  
prio no-  
mine con-  
stat.

§. 3. Ut ut vera sint quæ diximus, nemo tamen inficiabitur, multò præclarius quid esse Corpus integrum, quam pars insignis ejusdem Corporis, et multo majorem esse Fidelium devotionem erga Corpus alicujus Sancti, de cujus nomine proprio constet, quam alterius, cujus nomen ignoretur. Et propterea juxta veterem Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, Sanctorum corporibus, quorum nomen ignoratur, appellativum nomen imponitur; ut rectè ad rem Nostram, dum loquitur de consuetudine imponendi nomen appellativum Corporibus Sancto-  
rum, qui sine nomine inveniuntur, animadvertit eruditus Ferrandus in *Disquisit. Reliq. lib. 1. c. 5.* Minimè superfluum est certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuere, quod experientia, usuque quotidiano videamus, Fideles multò mi-

Itaque  
vetus est  
Ecclesiæ  
Romanæ  
consuetu-

rit eruditus Ferrandus in *Disquisit. Reliq. lib. 1. c. 5.* Minimè superfluum est certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuere, quod experientia, usuque quotidiano videamus, Fideles multò mi-



*Ossium vetustorum , vel capillorum particula ,*

*Aut panniculi , aut aspersi cruoris*

*Nota quæpiam , ad totius honorem aliquando sufficient ,*

*Et appellatione sanctæ sunt reliquie :*

*Cum certis locis attributa fuerint illa pro toto Martyre :*

*Eadem quippe vi prædita : O Miraculum !  
Salutem enim affert. etiam solu recordatio.*

§. 2. Sappiamo in oltre, che quando vi sono gl'indizi certi, che il Corpo, o parte d'esso è d'un Santo, ancorchè non se ne sappia il nome, deesi al Corpo, o alla parte, il culto religioso proprio delle Reliquie de' Santi; come da Noi fu dimostrato nella Nostra Opera de *Canonizatione* al lib. 4. part. 2. cap. 27., e particolarmente dell'ultima stampa fatta in Padova, arricchita da Noi, non ostanti la Nostre incessanti occupazioni, di nuove notizie, e che ci lusinghiamo, che non avrete tralasciato di procurarvi, per l'affetto, che avete sempre dimostrato alla Nostra Persona, ed alle Nostre quali siansi fatiche.

§. 3. Ma non si può negare, che, non ostante il detto fin ora, non vi sia un luminoso in un Corpo intero, che in una parte ancorchè riguardevole del detto Corpo, e che la divozione de' Fedeli non sia più fervorosa verso un Corpo Santo, di cui si sa il nome, che verso un altro Corpo Santo, il di cui nome s'ignora; per la qual cosa, giusta l'antica consuetudine della Chiesa Romana, s'impone ai Corpi Santi, il nome de quali s'ignora, un nome appellativo: come molto bene al Nostro proposito, parlando dell'uso d'imporre i nomi appellativi ai Corpi de' Santi ritrovati senza nome, va discorrendo l'erudito Ferrando *Disquisit. Reliq. lib. 1. cap. 5. Minimè superfluum est certa nomina incertis Sanctorum Reliquiis attribuere, quod experientia, usuque quotidiano vi-*

Ancorchè sia ignoto il nome del medesimo Santo.

Sempre però e maggiore la divozione de' fedeli verso un intero Corpo, e più ancora, se ha il proprio nome.

E perciò usa la Chiesa Romana d'imporre il nome

do impo- nori affectu, studio, ac pietate affici, et ferri  
nendi no- erga Divorum illorum exuvias, quorum nomina  
men, ap- mortales latent, quam adversus eas, quæ certis  
pellat. SS. nominibus indignantur: potentius enim Nobis  
Corp. que nota, et certa, quam obscura, ignota, et incerta,  
sunt sine volent movere animos; ideoque major Dei gloriæ,  
nomine. atque Coelitem cultus, ac venerationis plerumque  
accessio fit: præter ea, quæ collecta videre li-  
cet in Nostro supra citato Opere editionis Pa-  
tavinae lib. 4. part. 2. cap. 28.

Diligent. §. 4. Hisce rationibus permoti Corpus alicu-  
adhibitæ, jus Sancti integrum cum proprio nomine inve-  
ut Corpus nire studuimus, illudque mittere ad vos, ut,  
alicujus quemadmodum significavimus, in Nostra Me-  
S. inveni- tropolitana Ecclesia collocaretur.

non.trans Atque ut id, quod in animo erat consequere-  
mitten- remur, necesse fuit Nostros perquisitiones ad  
dum. ea venerabilia loca convertere, quæ tantopere  
Catacum- aliam hanc Urbem Romam illustrant: Loca,  
barum o- quæ excavata olim, et effossa a Gentilibus, ut  
rigo. extraheretur arena communis, et dicæarchea,  
ad extruenda magnifica illa ædificia, quorum  
adhuc apparent reliquiæ, fuerunt postea de-  
cursa temporis a primis Christifidelibus san-  
ctificata, qui illuc se ob persecutionum metum  
recipiebant, suos religiosos conventus ibi fa-  
cturi, ita ut ibidem sacræ etiam functiones a  
Summis Pontificibus perficerentur, et Ecclesia-  
stica sepultura defuncti donarentur. De Cœme-  
teriis loquimur, seu Catacumbis, de quibus  
tam devotè Sanctus Hieronymus scribit, præ-  
ter alios quamplures Antiquitatis Scriptores a  
Nobis citatos in. Cap. 27. Operis Nostri, quibus  
in editione Patavina Joannem Bottarium addi-  
dimus, Bibliothecæ Vaticanæ Custodem, et  
Nobis ab intimo Sacello, qui tom. 1. Romæ sub-  
terraneæ Catacubarum modo explicatam ori-  
ginem feliciter detexit.

Præmit- §. 5. Invento autem in Catacumbis Corpore  
tendum integro cum nomine proprio, necesse fuit ultra

*deamus, Fideles multo minori affectu, studio, ac Corpore ac pietate affici, et ferri erga Divorum illorum Santi. exuvias, quorum nomina mortales latent, quam adversus eas, quae certis nominibus indignantur: potentius enim Nobis nota, et certa, quam obscura, ignota, et incerta, solent movere animos; ideoque major Dei gloria, atque Coelitum cultus, ac venerationis plerumque accessio fit; con quel di più, che potete vedere raccolto da Noi nella Nostra Opera sopracitata della stampa di Padova al lib. 4. part. 2. cap. 28.*

§. 4. A questi fondamenti si è appoggiata la Nostra idea di ritrovare un Corpo Santo intero col proprio nome, e di mandarvelo, come facciamo, per essere collocato nella Nostra Chiesa Metropolitana, secondo ciò, che di sopra si è accennato.

Per conseguire il fine da Noi bramato siamo stati necessitati a rivolgerci a que' venerabili Luoghi, che rendono cotanto illustre questa Nostra Città di Roma: Luoghi, che aperti, e scavati dai Gentili per estrarne arena, e pozzolana, ad effetto di prevalersene nelle loro auguste fabbriche, parte delle quali ancor oggi si vede, furono poi col tratto del tempo santificati dai primi Cristiani, che in essi si ritiravano pe' timore delle persecuzioni, e che in essi facevano le loro pie adunanze, celebrandosi anche ne' medesimi le sacre funzioni da' Sommi Pontefici, e dandosi pure ne' medesimi la sepoltura ai defunti. Parliamo pe' Cimiterj, e siano Catacombe, delle quali scrive con tanta pietà S. Girolamo, oltre tanti altri Scrittori antichi da Noi portati nel capo xxvii. della Nostra Opera, ai quali nella stampa di Padova abbiamo aggiunto il Sacerdote Giovanni Bottari secondo Custode della Nostra Biblioteca Vaticana, e Nostro Cappellano Segreto, che nel suo primo Tomo di *Roma sotterranea* ha felicemente scoperta l'origine poc' anzi esposta delle Catacombe.

§. 5. Ritrovato nelle Catacombe il Corpo intero col nome proprio, è state d'uepo il

Diligenza praticate per rinvenire un Corpo Santo per mandarlo a Bologna nella Chiesa Metropolitana. Origine delle Catacombe. Necessario esame

examen, procedere. Certum est enim, quod nulla sepe-  
 num Cor- liebantur in Catacumbis nisi Christianorum  
 pus cum Corpora; sed quod omnia Christianorum Cor-  
 mart. no- pora ibi sepulta, essent Sanctorum Corpora,  
 tis signis- certum non est. Propterea examinanda veniunt  
 que sit signa, quæ in sepulchro erant, ubi conde-  
 conditum batur corpus integrum, aut ejus pars, sive  
 cum nomine proprio, sive non. Nostri enim  
 primitivæ Ecclesiæ Patres collocabant semper  
 in Sanctorum sepulchris signa indicantia san-  
 ctitatem; ea verò nunquam collocabant in se-  
 pulchris illorum, quos uti Sanctos non habe-  
 bant.

In cata-  
 cumbis  
 Christia-  
 norum  
 dumtaxat  
 Corpora  
 sepelie-  
 bantur.

Basnagio in suis Operibus minimè arridet  
 sententia, quod in Catacumbis non sepelirentur  
 nisi Christianorum Corpora. Sed illum egregiè  
 confutavit in suo Opere *de Monogrammate Christi*  
*Domini* Cappellanus Noster, intimus Dominicus  
 Georgius, cujus nomen claret in Republica Lit-  
 teraria celeberrimum. Idem præstitit supra lau-  
 datus Bottarius, Basnagii sequacibus respondens.  
 Nos verò, qui in prima editione Operis Nostri  
*de Canonizatione* conati sumus clarè ostendere,  
 quod soli Christifideles in Catacumbis, de qui-  
 bus loquimur, sepelirentur; summa animi  
 Nostri voluptate in nupera editione Patavina  
 addidimus ea pariter, quæ duo prædicti Scri-  
 ptores egregii animadverterant, eosque, uti  
 par erat, nominavimus: abhorruimus namque  
 semper, semperque abhorrebimus a prava quo-  
 rundam consuetudine, qui ut suos faciant alienos  
 labores, indigno plagio tegunt Auctorem verum,  
 cujus nomen postea nihilo tamen secius in-  
 notescit.

Prætex-  
 tati Cœ-  
 meterium  
 primo vi-  
 sitatum.

§. 6. Hoc systemate præstabilito, prima Ca-  
 tacumba, seu Cœmeterium, quod visitari jus-  
 simus, fuit Prætextati Cœmeterium, in Marty-  
 rologiis adeo celebre, situm in via Appia, et  
 vix unum miliare ab Urbe Roma distans. De  
 ipso loquitur Marcus Antonius Boldettus Cano-  
 nicus Sanctæ Mariæ trans Tyberim, in suo  
 laudabili Opere, cujus titulus: *Osservazioni*

passar oltre : essendo certo, che nelle Catacombe non si seppellivano, che i Corpi de' Cristiani; ma non essendo certo, che tutti i Corpi de' Cristiani ivi sepolti, fossero Corpi de' Santi : il che porta seco l'impegno d'esaminare i Segni, che erano nel Sepolcro, in cui giaceva o il Corpo, o parte d'esso, o col nome proprio, o senza nome proprio; avendo i Nostri primi Padri posto nei Sepolcri de' Santi i Segni indicativi della Santità, e non avendoli posti ne' Sepolcri di quelli, che essi non avevano per Santi.

Il Basnagio si è nelle sue Opere dimostrato non sodisfatto dell' assunto, che nelle Catacombe non si seppellissero, che i Corpi de' Cristiani. Ma il Sacerdote Domenico Giorgi Nostro Cappellano Segreto, il di cui nome è assai celebre nella Repubblica Letteraria, gli ha molto bene risposto nella sua Opera *de Monogrammate Christi Domini*. Lo stesso ha fatto il sopraccitato Bottari rispondendo ai seguaci del Basnagio. E Noi, che nella prima stampa della Nostra Opera *de Canonizatione* ci eravamo ingegnati di porre in chiaro, che i soli Cristiani si seppellivano in queste Nostre Catacombe, abbiamo avuto un sommo piacere nella nuova stampa di Padova d'aggiugnervi le riflessioni dei due predetti Valentuomini, nominandoli, come era del dovere : non essendoci mai piaciuta, nè essendoci mai per piacere la pratica di taluni, che fanno proprie le fatiche altrui, sopprimendo con un plagio, che poi col tratto del tempo si scuopre, il vero Autore.

§. 6. Camminando con questo sistema, la prima Catacomba, o sia il primo Cimiterio da Noi fatto visitare, è stato quello di Prestato, tanto celebre ne' Martirologj, situato nella Via Appia, ed un miglio in circa lontano da Roma. D'esso parla il Sacerdote Marcantonio Baldetti Canonico di Santa Maria in Trastevere nella sua bell' Opera intitolata *Osservazioni sopra i Cimi-*

se il Cor-  
po Santo  
abbia i  
segni del  
martirio.

Nelle Catacombe i soli Corpi de' Cristiani si seppellivano.

Ricerche  
fattenelle  
Catacombe  
di Prestato.

sopra i Cimiterj de' Santi Martiri, ed antichi Cristiani di Roma, lib. 2. cap. 18., quod Opus Auctor eruditus composuit post continuatum triginta annorum studium, post iteratas locorum perquisitiones, et animadversiones varias, post multos mentis et corporis susceptos labores, ac feliciter exantlatos, ut materiam præpararet, simulque ut suo mûneri quoad Cœmeteria satisfaceret.

In eo detectum Corpus cum proprio nomine Illari.

§. 7. In hoc eodem Prætextati Cœmeterio detectum fuit anao elapso Corpus integrum cum nomine proprio *Ilari*: quod nomen Christianis valde erat commune, ut colligitur ex antiquis inscriptionibus apud Arringhium, Fabrettum, et Reinesium; neque erat incognitum Ecclesiasticis Martyrologiis, ut videre est in Martyrologio Florentini die prima Februarii, atque in alio item Martyrologio apud Bollandum Februarii pag. 294. Sepulchro insculptum apparebat Monogramma Christi cum littera A ab uno latere, ab altero littera Q. Inscriptio verò hujusmodi erat. *Hic requiescet in pace fide constitutus Ilarus qui vixit annus P. L. M. S. XXV.* Errores, qui huc irrepserunt, neminem debeat in admirationem adducere, nisi quem ipsæ latent notiones primæ in hac materia: siquidem extra omnem controversiam certum est, quod verba rectè præparata, ut inciderentur in lapidibus, corrumpebantur ab impertitis sculptoribus in ipso incidendi actu, at non tamen ita corrumpebantur, ut verus sensus omninò perderetur.

Una cum inscript.

Varia Signa, ex quibus conuenitur Corpora, que in Catacumbis concedebantur Christianorum tantum fuisse.

§. 8. In Nostro Opere de Canonizatione c. 17. scriptis citato n. 14. editionis Patavinæ, dum loqueremur de signis, unde Sancti Corpus a Corpore alterius Christiani distinguitur, non dubitavimus ita asserere: *Primum itaque Signum est, si aliquod fortè Corpus reperiatur cum Inscriptione, dummodo Inscriptio ipsa nullis ambagibus subjecta sit, sed in ea expressa sint, quæ verum pro Christo Martyrium præferant, et ideo indubitatam Sanctitatem.* Ibidem n. 18.

terj de' Santi Martiri, ed antichi Cristiani di Roma, al lib. 2. cap. 18. Opera composta dopo sei lustri di continua osservazione, accessi, fatiche di mente, e di corpo, intraprese e felicemente eseguite per comporla, e nello stesso tempo adempire il suo impiego sopra i Cimiterj.

§. 7. Nel predetto Cimiterio di Pretestato fu ritrovato nell' anno passato un Corpo intero col nome proprio d' *Ilaro* : nome assai usitato fra i Cristiani, come si raccoglie dalle Iscrizioni appresso l' Arringhi, il Fabretti, ed il Reinezio, e non incognito nei Martirologj della Chiesa, come può vedersi in quello del Fiorentini al primo di febbrajo, ed in un altro stampato dal Bollando nel tom. 1. di febbrajo alla pag. 294. Nel Sepolcro vi era impresso il Monogramma di Cristo, e da una parte un A, et dall' altra un Q, e nella Iscrizione così si leggeva : *Hic requiescet in pace fide constitutus Ilarus qui visit annus PL. MS. XXV.* Non potendo formalizzarsi degli errori, che in essa si vedono, se non chi è privo anche delle prime cognizioni in questa materia, essendo per altro cosa assai nota, che, composte anche a dovere le parole da imprimerli nelle Lapidj, gl' Incisorj ignoranti, imprimendole, le gustavano, ma non però in tal foggia, che il vero senso non se ne capisse.

E colla propria iscrizione

§. 8. Nella Nostra Opera de *Canonizzazione* nel più volte citato capo xxvii. al num. 14. della stampa di Padova, non abbiamo avuta difficoltà, scrivendo de' Segni, pe' quali un Corpo Santo si distingue dal Corpo d' un Cristiano, di asserire come in appresso : *Primum itaque Signum est, si aliquod fortè Corpus reperiatum cum Inscriptione; dummodo Inscriptio ipsa nullis ambagibus subjecta sit, sed in ea expressa sint, quæ verum pro Christo Martyrium præferant, et*

Va l' segni, dai quali ricavasi essere i Corpi, che si trovano nelle Catacombe, de' soli Cristiani.

diximus etiam, quod ex Monogrammate *Pro Christo* sepulchris inculpto, unum hoc inferri potest, Corpus scilicet ibi repositum, fuisse Corpus alicujus Christiani: quod insuper in editione Patavina comprobavimus, adducentes auctoritatem prælaudati Georgii, et Ludovici Antonii Muratorii viri in Republica Litteraria adeo insignis. Litteræ autem A, et Q quæ significant Christum esse principium rerum omnium et finem, ejusque divinitatem expriment; quæque olim inscribebantur Christianorum Monumentis etiam ante Arii, et Constantini, ætatem, ut luculenter ostendunt Lupus in *Dissertatione de Sancta Severa pag. 142.* et Georgius citatus *de Monogrammate Christi Domini cap. 2.* indicant similiter, quod Corpus illud erat Corpus Christiani alicujus. Eodem collimant verba *requiescit in pace*, quæ nunquam adhibita fuerunt a Paganis, sed a Christifidelibus tantummodo, quod ipsum demonstrat Mabillonius *de Cultu Sanctorum ignotorum pag. 557.* Jam verò, omiſſis siglis *PL. MS.* significantibus *plus minus* ad indicandam defuncti ætatem; quæ siglæ in tot Inscriptionibus inveniuntur apud Arringhium, et Fabretum, quæque in usu esse cœperunt quarto sæculo, si fides habenda est Sponio in Antiquitatum investigationibus *pag. 350.* tota difficultas reduci debet ad illa verba *fede constitutus*, hoc est *fide constitutus*, ut incisoris sphalma corrigatur,

*Inquiri-* §. 9. Ut constaret, num prædicta verba in  
*tur quid* aliis quoque inscriptionibus invenirentur, et  
*signifi-* quisnam esset eorundem sensus, rem totam  
*cent illa* communicavimus Litteratis illis viris, qui fre-  
*verba fe-* quentes adsunt eruditis Exercitationibus, quæ  
*de consti-* singulis secundis Feriis habentur coram Nobis  
*tutus, quæ* de rebus Ecclesiasticis, aut Romanis Antiquita-  
*in laudata* tibus tum sacris, tum profanis, quo solatio  
*inscript.* inter molestissima Pontificatus Nostri spinas  
*leguntur.* unice recreamur. Post accuratas igitur perqui-  
 sitiones, relatum est Nobis, hujusmodi verba



*ideo Indubitatam Sanctitatem.* Nella stessa Opera al num. 18. abbiamo ancor detto, che dal Monogramma *Pro Christo*, impresso nel Sepolcro, non si può altro inferire, se non che il Corpo in esso giacente, fosse Corpo d'un Cristiano: il che nella nuova stampa di Padova abbiamo avvalorato anche col sentimento del citato Giorgi, e del cotanto celebre Abbate Lodovico Antonio Muratori. L'A, ed Ω, che significano esser Cristo il principio, ed il fine di tutte le cose, ed esprimono la sua Divinità, e che erano in uso ne' Monumenti de' Cristiani, prima ancora dell' età d' Ario, e di Costantino, come molto bene hanno dimostrato il Lupi nella Dissertazione *de S. Severa* alla pag. 142., e l'allegato Giorgi *de Monogrammate Christi Domini cap. 2.* provano altresì, che il Corpo era Corpo d'un Cristiano: al che pure alludono le parole *requiescit in pace*, che non sono mai state adoperate da' Pagani, ma unicamente da' Cristiani, come anche dimostra il Mabillonio *de Cultu Sanctorum ignotorum* alla pag. 557. E lasciando da parte il *PL, MS.* che vogliono dire *plus minus*, e che esprimono l'età del defunto: Cifra, che si ritrova in tante altre Iscrizioni appresso l'Arringhi, ed il Fabretti, e che incominciò ad usarsi nel quarto secolo, se prestiamo fede allo Sponio nella Ricerca delle Antichità alla pag. 350. il vero punto dee ridursi alle parole *fede constitutus*, cioè *fide constitutus*, correggendo l'errore dell' Incisore.

§. 9. Comunicammo il tutto a quei Letterati, Esame che in buon numero intervengono alle Nostre del' signi-  
Accademie; che ogni Lunedì teniamo avanti di ficato del-  
Noi sopra le materie Ecclesiastiche, e sopra le le parole  
Antichità sacre, e profane di Roma; e che sono *fede con-*  
l'unico ristoro, che proviamo in questo Nostro *stitut. che*  
spinosissimo Pontificato; incaricandoli a ricono- *si trovano*  
scere con esatta diligenza, se in altre Lapidione so-  
vi fossero le stesse sopradette parole, e quale *pradetta.*  
sia l'intelligenza delle medesime. Dopo accu- *Opinione*  
rato studio ci fu riferito, non essersi ritrovate d'alcuni,

nullibi in Lapidibus, Sepulcralibus inveniri po-  
 Nonnul- tuisse. Quo verò ad eorum intelligentiam, pu-  
 lorum o- tarunt aliqui, eo loco Sacramentum Confirma-  
 pinio, Sa- tionis significari, quo Ilarus insignitus fuerit,  
 crament. cum legatur in antiquo Canone *Spiritus Sanctus*,  
 Confirm. *de Consecrat. dist. 5.* quod Spiritus Sanctus in  
 iis verbis *Baptismate plenitudinem tribuit ad innocentiam,*  
 indicati. *in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam.*  
 Sed ea sententiâ minimè placuit; nam licet  
 in Inscriptione quadam, quam afferunt claræ  
 memoriæ Cardinalis Norisius in *Fastis Consula-*  
*ribus pag. 43.* et Fabrettus in *Inscriptionibus*  
*pag. 577.* legatur de quodam Severo Paschasio,  
 quod *percepit XI. Kal. Majas*, absque eo quod  
 subjungatur quid perceperit, idque de Baptismo  
 intelligatur; nescimus tamen an ulla Inscriptio  
 inveniatur, quæ expressè mentionem faciat de  
 Confirmatione; ob eam fortassè causam, quia  
 ubi mentio fieri vellet de perceptis Sacramen-  
 tis, cum omitti nullatenùs posset Baptismus;  
 ibi idem erat dicere aliquem fuisse baptizatum,  
 ac dicere fuisse quoque confirmatum; tunc enim  
 in pluribus Ecclesiis Confirmatio immediatè  
 conferebatur post Baptismum, quæ consuetudo  
 vigeat etiam in Ecclesiâ Romana, ut videre  
 est in *Ordine Gelasiano* in lucem edito a Ven.  
 Servo Dei Card. Thomasio *pag. 84. et 85.* De  
 hujusmodi ritu fusè egimus in *Dissertatione de*  
*Synodo Diocesana*, quæ a Nobis Bononiæ com-  
 posita; deinde Nostri Pontificatus tempore lo-  
 cupletata, Deo annuente, publicâ luce dona-  
 bitur. Baptismi, et Confirmationis Sacramentis  
 addebatur olim in quibusdam Ecclesiis etiam  
 Eucharistia, quamvis Baptizati, et Confirmati,  
 essent adhuc lactentes puelluli, ut colligere  
 potestis ex Nostro Opere *de Festis Jesu Christi,*  
*et Beatæ Mariæ Virginis, et de Missæ Sacrifi-*  
*cio*, quod Opus, quanto major est librorum  
 copia, qui Nobis post Nostri Pontificatus ex-  
 ordia suppeditantur ab insigni Bibliotheca Do-  
 minici Cardinalis Passionei, variis notitiis tanto  
 magis adauctum, atque insuper ex Italico ser-  
 somighanti

somiglianti parole in verun' altra Lapide Sepol- che cre-  
 crale. Circa poi la loro intelligenza, vi fu chi dono in-  
 pensò, alludersi da esse alla Cresima ricevuta dicarsi  
 da Ilaro, leggendosi nell' antico Canone *Spiritus* con que-  
*Sanctus de Consecrat. dist. 5.* che lo Spirito S. nel ste parole  
 Battesimo *plenitudinem tribuit ad innocentiam*, il Sagra-  
*in Confirmatione augmentum præstat ad gratiam.* mento del  
 Ma ciò non ci soddisfece: perchè sebbene in la Cresi-  
 un' Iscrizione riportata dalla chiara memoria ma.  
 del Cardinale Noris ne' Fasti Consolari alla  
 pag. 43., e dal Fabretti nelle Isorizioni alla  
 pag. 557. si legge d'un certo Severo Pascasio,  
 che *percepit xi. Kal. Majas*, senza dir che; e  
 ciò s'intenda del Battesimo: non sappiamo  
 però, che vi sia Iscrizione, che parli espressa-  
 mente della Cresima; forse per la ragione, che  
 volendosi far menzione de' Sacramenti ricevuti,  
 nè potendosi omettere il Battesimo, era lo stesso  
 l'esprimere, che uno era stato battezzato, che  
 il dire, che il medesimo era stato cresimato;  
 dandosi allora in molte Chiese la Cresima im-  
 mediatamente dopo il Battesimo: il che pure  
 praticavasi nella Chiesa Romana, come può  
 vedersi nell' Ordine Gelasiano pubblicato dal  
 Venerabile Seryo di Dio Cardinal Tommasi  
 alla pag. 84. ed 85. Di questo rito abbiamo  
 diffusamente trattato in una Nostra Disserta-  
 zione *de Synodo Diocesana*, che composta da  
 Noi in Bologna è stata da Noi medesimi riem-  
 pita nel tempo del Pontificato, e che, se pia-  
 cerà a Dio, daremo alle stampe. Ai due Sagra-  
 menti di Battesimo, e di Cresima, univasi in  
 alcune Chiese ancor quello dell' Eucaristia,  
 benchè i battezzati, ed i cresimati fossero fan-  
 ciulli lattanti: come potrete riconoscere dalla  
 Nostra Opera delle Feste di Gesù Cristo, e  
 della Santissima Vergine, e del Sacrificio della  
 Messa; che abbiamo riempita di varie altre  
 cognizioni acquistate nel tempo del Pontificato  
 pel maggior comodo de' libri, che ci vengono  
 somministrati dalla insigne Biblioteca del No-  
 stro Cardinale Segretario de' Brevi Domenico

mane in Latinam linguam feliciter translatum a Michaelē Angelo de Giacomellis Nobis ab intimo Sacello, hoc ipso anno typis Patavinis prodit in lucem.

Alii pu- §. 10. Sacerdos Petrus Morettus Canonicus  
 tant fidei S. Marię trans Tyberim, qui tam egregia vo-  
 firmita- lumina de rebus Ecclesiasticis edidit, aliaque  
 tam nota- plura actu pręparat, quamvis non levi oculo-  
 ri. rum incommodo laboret; duas Nobis indicavit  
 S. Cyprini epistolę, alteram Rogatiano Epi-  
 scopo scriptam, in qua sic legitur: *Salomon  
 in Spiritu Sancto constitutus testatur, et docet,  
 quę sūt Sacerdotalis auctoritas et potestas, di-  
 cens etc.*; alteram, ad Populum Tibaritanum,  
 quę sic habet: *Nemo quidquam de sæculo jam  
 moriente desideret, sed sequatur Christum, qui  
 et vivit in æternum, et vivificat servos suos in  
 fide sui nominis constitutos*: atque hinc infere-  
 bat per illa verba *in fide constitutus*, quę sunt  
 in Ilari lapide, significari, quod Ilarus plenus  
 fide, stabilis in fide, radices in eadem fide  
 jecerat admodum profundas.

Alii tan- §. 11. Porro dum hanc ipsam Epistolam di-  
 dem judi- ctaremus, ecce Nobis exhibita est Dissertatio  
 cant in- pulcherrima typis edita, et pręlaudato Domi-  
 telligi ea nico Georgio Nobis ab intimo Sacello dicata.  
 verba de Ea habet Auctorem Sacerdotem Alexium Sym-  
 Sacram. machum Mazzechium Canonicum Ecclesię Me-  
 Baptismi. tropolitane Neapolis, virum tum sacra, tum  
 profana eruditione clarissimum. Ibi ad examen  
 revocantur ea verba *fide constitutus*, ab iisque  
 significari ostenditur Sacramentum Baptismi  
 susceptum ab Ilaro. Legitur enim in Tertulliano  
*lib. de Pudicitia cap. 18.* et alibi, *ante fidem*;  
 et *post fidem*, ad significandum *ante et post  
 Baptismum*, immo vetera Monumenta passim  
 utuntur hac phrasi *fidei Sacramentum* ad Sa-  
 cramentum Baptismi indicandam.

Et quia intelligit posse opponi, totum hoc  
 superfluum videri, quandoquidem si Ilarus

Passionei, e che composta da Noi in lingua Italiana, è stata felicemente tradotta in lingua Latina dal Sacerdote Michelangelo Giacomelli nostro Cappellano Segreto, ed in quest' anno medesimo è stata stampata in Padova.

§. 10. Il Sacerdote Pietro Moretti Canonico di Santa Maria de Trastevere, e che ha dato alle stampe tante belle Opere nelle materie Ecclesiastiche, e che sta preparando altre, non ostante il grave incomodo, che patisce della vista, ci additò due Lettere di S. Cipriano, quella scritta a Rogaziano Vescovo, nella quale si legge: *Salomon in Spiritu Sancto constitutus testatur, et docet quæ sit Sacerdotatis auctoritas et potestas, dicens etc.*; l'altra alla plebe Tibaritana, ove così si legge: *Nemo quidquam de sæculo jam moriente desideret, sed sequatur Christum, qui et vivit in æternum, et vivificat servos suos in fide sui nominis constitutos*: deducendo da esse, significarsi nelle parole *in fide constitutus*, che Ilaro era pieno di Fede, stabile nella Fede, e ben radicato in essa.

Hanno stimato altri signi ficarsi la fermezza e stabilità nella fede

§. 11. Mentre appunto stiamo dettando questa lettera, ci vien presentata una bella Dissertazione del Sacerdote Alessio Simmaco Mazocchi Canonico della Metropolitana di Napoli, Soggetto pieno di sacra, e profana erudizione, data alle stampe, ed indirizzata al Nostro sopradetto Cappellano Segreto Domenico Giorgi. In essa si esaminano le parole *fide constitutus*, che sono nella Lapide d'Ilaro, ed in essa si dimostra, additarsi nelle medesime il Sacramento del Battesimo ricevuto da Ilaro; leggendosi in Tertulliano nel *lib. de Pudicitia c. 18.* ed in molti altri luoghi, *ante fidem, e post fidem*, per esprimere, *ante, e post Baptismum*, ed essendo pieni i monumenti antichi della frase *fidei Sacramentum*, per addattare il Sacramento del Battesimo.

Altri finalmente pensano denotarsi colle parole suddette il Sacramento del Battesimo già ricevuto.

E perchè prevede, che potrebbe risponderci, paver ciò superfluo, mentre se Ilaro era Cristiano,

Dua Christianorum Classis, altera Baptizatorum, Catechumenorum altera.

Christianus erat, necesse pariter erat, fuisse baptizatum, animadvertit quam diligentissimè, quod tunc tempus suscipiendi Baptismum protraheretur, adeoque Christiani dividebantur in duas veluti classes, quarum unam constituerent Catechumeni, alteram Baptizati, atque hi quidem *Fideles* nominabantur; a *Fidei Sacramento*, non a *virtute Fidei*; qua Fidei virtute imbuebantur Christiani Catechumeni Patrochorum catechismum sua presentia frequentantes. Non est admodum inverisimile, quod aliæ ad Nos super eodem argumento Dissertationes perveniant. Si ita erit, libenti animo eas percurremus. Nos interim hanc materiam intactam relinquentes, ad aliud Sacrum Corpus curam Nostram convertere statuimus, quod ad Ecclesiam Nostram Bononiensem mittamus.

S. Thrasonis Cœmeterium Romæ detectum.

§. 12. Paucis abhinc annis detectum fuit Cœmeterium S. Thrasonis; de quo mentionem facit Martyrologium Romanum die 11, Decembris: *Romæ Passio Sancti Thrasonis, qui cum Christianos laborantes in Thermis, aliisque operibus publicis fatigatos, et in carcere positos de suis facultatibus aleret, jubente Maximiano, tentus, cum aliis duobus Pontiano, et Prætextato, Mar-*

Christiani damnati a Maximiano ad arenam pro Diocletiano Thermis excavandam.

*tyrio coronatus est.* Ut notum est unicuique, Maximianus ædificium aggressus est Thermarum Diocletiani. Excessu crudelitatis abreptus, atque ut experiretur, utrum id, quod obtinere non poterat prompta morte Christi sequacibus violenter illata, obtinere posset ignominioso et diuturno supplicio, milites Christi damnavit ad excavandam arenam pro tam ingenti ædificio necessariam. Immanis procul dubio fuit illorum numerus, qui in Christiana Religione perseverantes mortui sunt ex nimio labore. Qui superstites vixerunt decem mille ducenti et tres, ii occisi sunt in odium Christianæ Fidei intra Vallis Planitiem extra Portam Trigeminam, in loco, qui appellatur *Gutta jugiter manans, ad Aquas Salvas*, ut fusè narratur in Annalibus Cardinalis Baronii ad annum Christi 298., ubi

era altresì d'uopo, che fosse, battezzato, osserva con molta accuratezza, che in que' tempi prorogavasi il tempo, in cui da' Cristiani si riceveva il Sacramento del Battesimo, e che allora i Cristiani dividevansi in due classi, una de' Catecumeni, l'altra de' Battezzati; appellandosi questi ultimi *Fideles a Fidei Sacramento*, non a *virtute Fidei*, della qual Fede, come virtù, s'imbevevano i Cristiani Catecumeni coll' assistere a' Catechismi de' Parrochi. Non è cosa tanto inverisimile, che ci siano mandate altre erudite Dissertazioni sopra l'intelligenza delle dette parole. Se verranno, ben volentieri le leggeremo: ed intanto, lasciando l'affare nello stato, in cui è, ci siamo risolti di rivolgere il Nostro pensiero ad altro Corpo Santo da mandare alla Nostra Chiesa di Bologna.

§. 12. Non molti anni sono fu scoperto il Cimiterio di S. Trasone, di cui si fa menzione nel Martirologio Romano agli 11. di Dicembre: *Romæ Passio Sancti Thrasonis, qui cum Christianis laborantes in Thermis, aliisque operibus publicis fatigatus, et in carcere positus de suis facultatibus aleret, jubente Maximiano, tentus, cum aliis duobus Pontiano, et Prætextato Martyrio coronatus est.* Come è noto ad ognuno, Massimiano intraprese la gran fabbrica delle Terme di Diocleziano. Per eccesso di crudeltà, e per vedere se ciò, che non poteva ottenere col dar prontamente la morte ai seguaci di Cristo, l'avesse potuto ottenere con un' ignominiosa, e lunga pena, condannò i Soldati Cristiani all' opera di fare le cave d'arena necessaria per la grande opera. Grandissimo senza dubbio fu il numero di quelli, che senz' abbandonar la Cristiana Religione morirono nel penoso travaglio. Dieci mila dugento e tre ne sopravvissero, e questi furono fatti morire in odio della Fede di Cristo nel concavo della valle fuori della Porta Trigemina nel luogo detto *Gutta jugiter manans ad Aquas Salvas*; come diffusamente si vede negli Annali del

Due Classi di Cristiani, altri Battezzati, altri Catecumeni.

Scoperta in Roma del Cimiterio di S. Trasone.

Cristiani condannati da Massimiano alla fabbrica delle Terme di Diocleziano.

piissimus Auctor animadvertit, quod cum dirutæ sint et redditæ inutiles reliquæ omnes Romanorum veterum Thermæ, unice, si minus integrè, saltem magna ex parte subsistunt Diocletiani Thermæ, in Ecclesiam commutatae ad honorem Beatissimæ Virginis, et Angelorum, fortassè quia sudoribus Confessorum Christi fuerunt exædificatæ.

Narra-  
tur, quo-  
modo in  
Cœmet S.  
Thraso-  
nis reper-  
tum fue-  
rit Corpus  
S. Proci,  
cum pro-  
pria inscri-  
ptione et  
Vase san-  
guine se-  
perso,

§. 13. Sed ut reditum faciamus ad Cœmeterium Sancti Thrasonis Via Salaria, quod detectum fuit in arenariis ad fodiendam arenam apertis pro Thermarum prædictarum ædificio; Joannes Marangonius Sacerdos supra commendati Canonici Boldetti studiorum laborumque, per triginta et amplius annos, socius indivisibilis, historiam fideliter narrat in Appendice ad Acta S. Victorini Episcopi typis edita simul cum longa serie marmorearum Inscriptionum, quas in Cœmeteriis collegerat; et quarum memoria in fatali incendio ejus domicilii ideo non periit, quia priusquam ædes conflagrarent, eas jam viris eruditis ipse communicaverat.

Joanni igitur Marangonio Sacerdoti unà cum Canonico Boldetti feliciter successit, ut via quædam subterranea sese aperiret, valde luttulenta, in qua ipsi operariis insistentes, ut excavationem prosequerentur, tam demùm invenerunt sepulchra nonnulla, quorum alia suas inscriptiones præseferebant, alia non item; in omnibus tamen habebatur vasculum aut sanguinis plenum, aut tinctum colore sanguineo, aut crustas saltem sanguineas aliquo modo occludens.

Inter cætera, unum inventum est Sepulchrum cum sequenti Epigraphe.

*Pater Filio Proco Qui  
vixit annis VIII. mens. VIII.  
in pace fecit.*



Cardinal Baronio all' anno di Cristo 298., ove piamente osserva, che essendo cadute, o rese inutili tutte le altre Terme degli antichi Romani, non resta in piedi, che una gran parte di quelle di Diocleziano, commutata in uso di Chiesa in onore della Vergine Santissima, e degli Angeli, forse per essere state fabbricate colle fatiche dei Confessori di Cristo:

§. 13. Ma ritornando al Cimiterio di S. Trasonè posto nella Via Salaria, il di lui ritrovamento nelle cave d'arena aperte per la fabbrica delle Terme sopraddette, viene fedelmente esposto dal Sacerdote Giovanni Marangoni, compagno già da trenta, e più anni indivisibile negli studj e nelle fatiche del sopraddetto Canonico Boldetti, nell' Appendice agli Atti di S. Vittorino Vescovo, che esso ha dato alle stampe con una serie ancora di Lapidi ritrovate ne' Cimiterj, la memoria delle quali, dopo il fatale incendio seguito nella sua abitazione, sopravanzò, per essere state prima dell' incendio comunicate dal detto Sacerdote a Persone erudite.

Si narra come fosse ritrovato nel Cimiterio di S. Trasonè, il Corpo di S. Proco, colla propria iscrizione, e col Vaso tinto di Sangue.

Al Sacerdote dunque Marangoni unitamente col Canonico Boldetti toccò la bella sorte di ritrovare una strada sotterranea, ripiena di fango, e facendo proseguire il lavoro, di ritrovar dipoi alcuni Sepolcri, altri con Iscrizioni, altri senza Iscrizioni, e tutti, o con un Vasetto pieno di sangue, o tinto di color sanguigno, o con croste di sangue in qualche parte del Vaso.

Fra gli altri Sepolcri ne fu trovato uno colla seguente Iscrizione.

*Pater Filio Proco Qui  
vixit annis VIII. mens. VII.  
in pace fecit.*

Epigraphæ hæc insculpta erat marmorì Salino, et poris pleno. quod ab aqua penetratum et corrosum, levissimo quoque tactu in pulverem redigebatur. Quapropter cum providus, et peritus antea laudatus Marangonius clarè animadvertisset fieri non posse; ut marmor illud extraheretur, deliberavit verba transcribere, eaque in citata Appendice pag. 88. in lucem proferre.

Nullum os desiderabatur ad corporis integritatem, quin etiam in Sepulchri loco consueto existebat vas tinctum, cum crustis sanguineis: quæ ossa cum vasculo a Sacerdote, pro sui Officii munere, exhibita Cardinali Guadagni Romæ Vicario, reposita fuerunt de more in Custodia, ut deinde opportuno tempore illustri alicui viro concederentur, qui preces porrigeret ad impetrandum aliquod Corpus sacram integrum, cum proprio nomine, ut in insigni quapiam Ecclesia collocaretur.

Extracta fuerunt ossa cum vase supra memorato die 9. Maji anni 1737. Nos autem quoniam nihil amplius de corpore invento cum Illari nomine cogitabamus, Sacerdoti Marangonio communicavimus desiderium Nostrum habendi sacram aliquod Corpus insigne, quod Ecclesiæ Nostræ Bononiensi, ut diximus, mitteremus. Hoc audito, ipse indicavit Nobis Corpus Sancti Proci, ipse idem Nobis illud attulit in parva capsâ sigillo Card. Vicarii munita; ipse Nobis fideliter narravit ea, quæ supra exposuimus; addiditque præterea, prope Sancti Proci Sepulchrum duo pariter Sepulchra inventa esse cum sanguinis vasculo, ubi ossibus penè in cinerem solutis, lapides indicabant, illa duo esse Puerorum Corpora, quorum alter septem, alter erat annorum trium: ex quo colligebat eruditus vir, persecutionem illam, qua Martyrio coronatus est Sanctus Procus, esse non potuisse nisi gravem, atque unam ex crudelissimis. In hujusmodi enim persecutionibus crudelis Tyrannorum barbaries neque sexui pe-

Era l'Iscrizione scolpita in un marmo salino, e poroso, e che penetrato, e corroso dall'acqua, ad ogni leggier tatto andava in polvere; per lo che avendo il provido, e pratico Marangoni ben compreso, ch'era impossibile estrarlo, prese il partito di copiar le parole, e di stamparle nella sua citata Appendice alla pag. 88.

Non mancava verun osso integrante il Corpo: eravi nel Sepolcro, nel luogo solito, il Vaso tinto, e colle croste di sangue. Ed essendone stata fatta dal Sacerdote, secondo il suo dovere, la consegna al Cardinal Guadagni Vicario di Roma, furono le Ossa, ed il Vaso posti nella solita Custodia, per essere poi in qualche opportuna occasione consegnati a qualche riguardevole Personaggio, che facesse istanza per qualche Corpo Santo intero, e col proprio nome, da collocarsi in qualche illustre Chiesa.

Seguì l'estrazione di tutte le Ossa, e del Vaso ai 9. di Maggio del 1737. Ed avendo Noi, dopo aver abbandonato il pensiero dell'altro Corpo ritrovato col nome d'Ilaro, comunicata al Sacerdote Marangoni la Nostra brama d'aver un Corpo Santo qualificato, come sopra, da mandare alla Nostra Chiesa di Bologna, esso è quello, che c'indicò il Corpo di S. Proco, che ce lo portò in una Cassetta sigillata coi Sigilli del Cardinal Vicario, che ci raccontò con ogni ingenuità, e fedeltà quanto di sopra abbiamo esposto: aggiungendo, che atroce dovette essere la Persecuzione, nella quale S. Proco ricevè il Martirio, essendosi ritrovati vicini al di lui Sepolcro due altri Sepolcri col Vaso di Sangue, ma colle Ossa quasi ridotte in cenere, e colle Lapidi indicanti, ch'erano Sepolcri di due Fanciulli, uno d'anni sette, e l'altro d'anni tre; non avendo nelle gravi, ed atroci Persecuzioni la barbarie perdonato nè al sesso, nè all'età benchè infantile. Esso finalmente è stato quello, che nell'Urna fatta fare da Noi,

percit, neque ætati, quamtumlibet infantili. Denique in urna, quam confici fecimus, vobisque pariter donamus, idem ipse propria manu collocavit vas, aptavitque ossa singula, quæ, Mandantibus Nobis, recognita ab intimo Cubiculario Nostro et Archiatro Antonio Leprotto, integrum corpus perficiunt.

Huic Corpori cultus debetur, et titulus Sancti, quandoquidem Vas respersum sanguine, indubia est martyrii nota

§. 14. Ecce igitur, Dilecti Filii, narrationem completam tum loci, tum temporis, cæterarumque circumstantiarum omnium, quæ spectant ad seriem facti, per quod inventum est atque extractum Sancti Proci Corpus, quod vobis mittimus, ut juxta Nostra mandata collocetur sub una ex aris Metropolitanæ Nostræ publico cultui expositum. Ipsi debetur cultus, et titulus Sancti, quia procul dubio, ut eruditioni vestræ notum esse debet, nulli unquam venit in mentem, quantumvis acuto ingenio is fuerit, et cupidus quærendi, ut ajunt, nodum in scirpo, nulli, inquam, venit in mentem dubitatio, quod Corpus in Catacumbis Romanis inventum cum vasculo sanguinis aut pleno, aut tincto, non sit Corpus alicujus, qui mortem pro Christo sustinuerit. Arringhii, Mabilionius, bonæ memoriæ tum Senator Buonarroti, tum Raphael Fabretti, et qui unus pro cunctis valere debet Ludovicus Antonius Muratorius, Canonicus Boldettus, Sacerdos Marangonius, Eques Victorius, aliique Ministri Corporum extractionibus inservientes, in hoc unanimiter conveniunt; ut eruere facile potestis *ex cit. Cap. 27. Operis Nostri de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. a num. 22. usque ad finem, editionis Patavinæ*, ubi fideliter enumerantur, et adoptantur a Nobis auctoritates prædictæ, simul cum experimento prælaudati Fabretti, quo redarguit nimis audacem eorum opinionem, qui contendebant illorum vasculorum crustas non improbabiler a salium mineralium concretione fuisse productas; atque ostendit, eas sine ulla controversia provenire a sanguinis massa. Arringhii, Muratorius, Nos

e che pure vi mandiamo, ha colle proprie mani collocato li Vaso, accomodate le Ossa, che, fatte riconoscere dal Nostro Cameriere Segreto, e primario Medico Antonio Leprotti, formano un Corpo intero.

§. 14. Eccovi, Diletti Figliuoli, tutta la storia del luogo, del tempo, e di tutto ciò, che appartiene al ritrovamento, ed estrazione del Corpo di S. Proco, che vi mandiamo, acciò, secondo gli ordini opportuni, che già da Noi sono stati dati, sia collocato sotto uno degli Altari della Nostra Metropolitana, ed esposto al pubblico culto. Ad esso poi deesi il culto, ed il titolo di Santo: perchè senza dubbio sarà noto alla vostra erudizione, che non è mai caduto in capo a veruno, quantunque acuto, e desideroso, come suol dirsi, di vedere il pelo nell'uovo, di dubitare, che un Corpo ritrovato nelle Catacombe di Roma col Vaso o pieno, o tinto di sangue, non sia il Corpo d'uno, che ha sofferta la morte per Cristo. L'Arringhi, il Mabillon, il fu Senatore Buonarroti, il fu Raffaello Fabretti, e vaglia per tutti l'Abbate Lodovico Antonio Muratori, il Canonico Boldetti, il Sacerdote Marangoni il Cavaliere Vittorj, i Ministri dell'estrazioni de' Corpi, concordano pienamente in questo sentimento, come potrete facilmente vedere nel citato capo 27. della Nostra Opera *de Cononizatione Sanctorum* lib. 4. part. 2. dal n. 22. sino al fine, della stampa di Padova; ove sono fedelmente registrate, ed abbracciate da Noi le autorità de' predetti, unitamente con un'esperienza fatta dal citato Fabretti, colla quale convinse chi troppo arditamente pretendeva, che le croste di que' Vasi avessero potuto provenire da una concrezione di sali minerali; avendo fatto conoscere, che sicuramente provenivano dalla massa del sangue. L'Arringhi, il Muratori, Noi stessi, abbiamo parlato della pia costumanza

Devesi a questo Corpo il culto di Santo, per che il Vaso tinto di Sangue è segno indubitato del Martirio.

ipsi, verba facimus de pia veterum Fidelium consuetudine colligendi et conservandi Sanctorum Martyrum Sanguinem, de qua re si plura discere exoptatis, percurrite *primam Partem tom. 2. de Cultu Sanctorum Dissert. 7. cap. 1. §. 7. et cap. 31.* concivis Nostri Joannis Chrysostomi Trombelli Abbati, qui ea, qua solet, ingenti eruditione etiam hoc argumentum pertractavit.

Quæritur num in aliquo Ecclesiæ monumento S. Proci fiat mentio. §. 15. Nihil amplius requiritur, ut pro certo habeatur, non modo titulum Sancti, Proco deberi, sed etiam cultum ejusdem Corpori, quod vobis mittimus, negari non posse. Verumtamen illud pariter pro complemento inquirere diligenter voluimus, atque alios indagare fecimus, utrum in veteri aliqua Litaniam, aut in Martyrologiis Rosveydi, Bedæ, Flori, Rhabani, Notkeri, Wandalberti, in Ephemeridibus Græco-Moschis, et in Basiliano Menologio e Græco in Latinum sermonem translato a sanctæ memoriæ Clemente Papa XI., mentio de hoc S. Proco habeatur.

Verisimile est, S. Procum, de quo agitur, eundem esse cum illo, de quo meminit Martyrologium S. Hieron. §. 16. Nomen Proci non fuit ignotum Gentilibus, ut videre est in satis ampla Inscriptionum Collectione apud sæpe laudatum Muratorium *pag. 815. num. 4., et pag. 1472. num. 2.* Quod autem spectat ad Martyrologia; eruditioni vestræ manifesta fieret injuria, si dubitarem vobis non esse perspectum, quanta in æstimatione sit, ac semper fuerit Martyrologium Sancti Hieronymi, cui decursu temporis multa a piis, ac religiosis viris facta sunt additamenta quorundam SS. qui certè post S. Hieron. floruerunt. In Monasterio Corbejensi antiquum hujus Martyrologii exemplar inventum est, quod Hugo Menardus typis edere cogitaverat. Quod tamen ipse non potuit conficere, perfecit postea Lucas Acherius in suo Spicilegio, seu Collectione veterum quorundam Scriptorum, quos in Galliæ Bibliothecis invenit. Hieronymianum hoc Martyrologium extat *in tom. 2. cit. Collect., editionis Parisiensis 1723. ibique pag. 12. die 2.*

za de' primi Fedeli, di racorre e conservare il Sangue de' Martiri : e quando aveste curiosità di vedere qualche cosa di più, potete dare un'occhiata alla prima parte del tomo secondo de *Cultu Sanctorum dissert. 5. cap. 1. §. 7.* ed al cap. 31. del Nostro comune Concittadino Abbate Gio : Grisostomo Trombelli, che ha colla sua solita molta erudizione discorso ancora di questo punto.

§. 15. Per assicurare il culto al Corpo, che vi mandiamo, ed altresì il titolo di Santo a Proco, null'altro è necessario. Ma ciò non ci ha punto liberato da una diligente indagine, fatta da Noi, e fatta fare da altri, per vedere, se in qualche antica Litania, se ne' Martirologj del Rosveydo, del Beda, del Floro, del Rabano, del Notkero, di Wandalberto, nell'Efemeridi Greco-Mosche, e nel Basiliano Menologio tradotto dal Greco in Latino dalla santa memoria di Clemente XI. si ritrovasse fatta menzione di questo S. Proco.

Ricercasi, se in alcun Ecclesiastico monumento si faccia menzione di S. Proco.

§. 16. Il nome di Proco non fu incognito appresso i Profani, come può vedersi in alcune Lapidi nella nobile Collezione del più volte citato Muratori alla pag. 815. num. 4. ed alla pag. 1472. num. 2. In ciò poi, che appartiene a' Martirologj, sarebbe un torto manifesto, che faressimo al vostro sapere; se temessimo, che vi giungesse nuovo il credito, che si deve, e che da tutti è professato al Martirologio di S. Girolamo, al quale poi da Persone devote sono state fatte varie aggiunte d'alcuni Santi vissuti in tempi posteriori a S. Girolamo. Nel Monastero Corbejense se ne ritrovò un antico esemplare, che Ugone Menardo avea pensato di dare alle stampe : ma quello, che esso non fece, fu di poi fatto da Luca d'Achery, nel suo Spicilegio, o sia Collezione d'alcuni antichi Scrittori ritrovati nelle Biblioteche della Francia. Questo Martirologio di S. Girolamo è nel tom. 2. della detta Collezione della stampa di Parigi.

Probabilità che il S. Proco, di cui si ragiona, sia quello stesso nominato nel Mart. di S. Girolamo.

*Junii* inter cæteros Sanctos legimus Sanctum Procum : *Item Marthæ, Marcellæ, Proci, Dattulæ, Victuriæ, Joviani.* Atque ibi cùm sermo sit de Sancto Romæ passo, ut diximus, cumque pariter certum sit, quod, qui Romæ Martyrium sustinebant, sepeliebantur in Catacumbis cum Vase sanguinis, præcipuo sui Martyrii signo, verisimile admodum est, Sanctum Procum, cujus Corpus extractum est cum signo prædicto, esse utique illum eundem, de quo fit mentio in Martyrologio Sancti Hieronymi.

In alio §. 17. Ne quid tamen dissimulemus; dicere  
 Codice pro *Pro-* necesse est, Martyrologium hoc ipsum editum  
 co, *Per-* pariter fuisse ab erudito viro Francisco Maria  
 cus legi- *Florentino*, qui secutus lectionem Codicis cu-  
 tur. *jusdam Lucensis die 2. Junii pag. 567.* non legit  
*Proci*, sed *Perci*, aliud quoque MS. vetus Ant-  
 verpiense in *Adnotationibus* producens. Sed cùm  
 in *iisdem adnotationibus pag. 568.* non præter-  
 mittat ingenuus Florentinus Codicem etiam Cor-  
 bejensem citare, qui legit non *Percum*, sed  
*Procum*; et quod majus est, cum in SS. Indice  
 ad finem Martyrologii mentionem faciat de *Pro-*  
*co*, non autem de *Perco*; hinc oritur validum  
 argumentum inferendi, quod a Florentinio Cor-  
 bejensis Lectio Lucensi anteponatur, atque Ant-  
 verpianæ. Eruditi viri, qui acta Sanctorum col-  
 legerunt, Henschenius nempe, Papebrochius,  
 Baertius, et Janningus *tom. 1. mensis Junii die*  
*2. pag. 209.* post Catalogum Martyrum Roma-  
 norum, in quem inserunt nomen *Perci*, am-  
 plectentes lectionem editionis Florentinii *pag.*  
*210.* fateri deinde non dubitarunt, quod *Procus*  
 legebatur in aliis Codicibus, non *Percus*.

Sed *Perci* §. 18. His omnibus addendum est, nullum  
 nomen aliud neque sacrum, neque profanum monu-  
 nullibi mentum, quacumque diligentia adhibita, po-  
 occurrit. tuisse inveniri, in quo nomen *Perci* haberetur;



del 1723., ed ivi alla pag. 12. al secondo giorno di Giugno, fra gli altri Santi di Roma ritroviamo annoverato S. Proco. *Item Marthæ, Marcellæ, Proci, Datulæ, Victuriæ, Joviani.* E trattandosi ivi d' un Santo di Roma, come abbiamo detto, e sapendosi, come pure si è detto, che chi in Roma sopportava il Martirio, era sepolto nelle Catacombe colla divisa particolarmente del Vaso di sangue, ogni verisimilitudine c'induce a credere, che quel S. Proco, il di cui Corpo è stato estratto dalle Catacombe col predetto Segno, sia per appunto quello, di cui si parla nel Martirologio di S. Girolamo.

§. 17. Per non dissimularvi cosa veruna, vi diremo, che questo stesso Martirologio di S. In un' altro Codice si legge Perco in vece di Proco. Girolamo è stato anche stampato dall' erudito Francesco Maria Fiorentini, e che questi seguendo un Codice di Lucca, al giorno secondo di Giugno pag. 567. non dice *Proci*, ma *Perci*, allegando anche nelle Note un altro Manoscritto antico d' Anversa. Ma non avendo nelle stesse Note alla pag. 568. tralasciato l' ingenuo Fiorentini di portar anche il Codice di Corbeja colle parole esprimenti il nome di *Proco*, e non di *Perco*: e, quello che più importa, nell' Indice de' Santi posto al fine del Martyrologio, facendo menzione di *Proco*, e non di *Perco*: di què nasce una forte congettura, ch' esso preferì la lezione Corbejense a quella di Lucca, e d' Anversa. E gli eruditi Collettori degli Atti de' Santi, Henschenio, Papebrochio, Baertio, e Gianningo, nel tom. 1. del mese di Giugno al giorno secondo pag. 209. dopo aver tessuto un Catalogo di Martiri Romani, ed avervi posto il nome di *Perco*, seguitando la lezione del testo stampato dal Fiorentini, alla pagina 210. non ebbero difficoltà di confessare, che in altri Codici, in luogo di *Perco*, leggevasi *Proco*.

§. 18. Che se al già detto aggiugnerassi, che in verun altro monumento o sacro, o profano, Ma il nome di Perco non si trova in per quante diligenze siansi fatte, non si ritrova il nome di *Perco*, il che, come pure è stato

e contrario *Proci* nomen facile, ut diximus, in antiquis inscriptionibus occurrere. Ex quo inferri possunt hæc duo : alterum, quod lectio Codicis Gorbejensis verisimilior sit, quam lectio Codicis Lucensis, et Antverpiani : alterum verò, quod sine temerarii iudicii nota affirmare liceat, *Proci* nomen ab Amanuensibus per iteratas exemplarium transcriptiones in illud *Perci* mutatum fuisse.

Quod si fortè objiciatur, nomen *Perci* mutari potuisse ab Amanuensibus in illud *Proci*, semper reponi posset, facilius esse, iterùm atque iterùm rescribendo, mutare *Proci* in *Perci*, quàm *Perci* in *Proci*. Nam apud Martene, et Durand tom. 3. *Novi-Thesauri Anecdotorum*, edit. Parisiensis 1717. pag. 1614. apparet nomen *Sanctorum Proti, et Hyacinthi Amanuensium* incuria mutatum fuisse in quibusdam Martyrologiis antiquis cum nomine *Sanctorum Presti et Hyacinthi*, non vice versa.

Publicus §. 19. Valeat tamen quod diximus usque  
Corpori S. adhuc, quantum valere potest. Nos asserimus  
Proci cultus decernitur. *Proci* nomen, propter marmoris sepulchralis auctoritatem : asserimus Martyrium, propter Vasculum tinctum crustis sanguineis : et nihil amplius requiri certi sumus ad publicum cultum, et Sancti titulum Nostro Martyri asserendum. Exponite igitur publico cultui Corpus, quod vobis mittimus, vestra et totius Populi, ac Clero pietas accendatur magis ac magis erga sacras exuvias ; illudque in mentem revocate, quod Corpora, et Sanctorum Reliquiæ in illis Civitatibus, ubi jacent, et venerantur, solent esse divina favente misericordia, validum præsidium ad arcendas inde calamitates, a quibus sæcè opprimerentur. Martyri Theodoro acceptum refert S. Gregor. Nyssenus, quod Civitas, in qua ejus Sacrum Corpus asservabatur, liberata fuerit ab impendenti devastatione, quam Scythæ

SS. Reliq. ad arcendas a Civitatibus calamitates præsidio sunt,

accennato, non succede in quello di *Proco*; due sono le illazioni, che da ciò si possono dedurre; una, ch'è più verisile la lezione del Codice Corbejense; dall'altra di Lucca; e d'Anversa: la seconda, che si può, senza nota di giudizio temerario, asserire; essersi dagli Amanuensi nel copiare, e ricopiare cangiato il nome di *Proco* in quello di *Perco*.

verun Monu-  
mento,  
sia sacro;  
o profano  
E' dun-  
que veri-  
simile es-  
sersi da-  
gli Ama-  
nuensi

E quando mai si rispondesse, essersi anche potuto mutare dagli Amanuensi il nome di *Perco* in quello di *Proco*; si potrebbe sempre replicare, esser più facile, copiando, e ricopiando, di mutare *Proco* in *Perco*, che *Perco* in *Proco*. Nel tomo terzo del Tesoro nuovo degli Anecdotti del Martene, e del Durand, della stampa di Parigi del 1717. alla pag. 1614. si può vedere, che i nomi dei SS. *Proto*, e *Giacinto*, sono, per incuria degli Amanuensi, stati mutati in alcuni antichi Martirologi nei nomi dei SS. *Presto*, e *Giacinto*, e non già i nomi dei SS. *Presto*, e *Giacinto*; nei nomi dei SS. *Proto*, e *Giacinto*.

§. 19. Vaglia però quanto fin ora si è detto, per quello, che può valere. Noi appoggiamo il nome di *Proco* alla Lapide; Noi il Martirio, al Vaso colle croste sanguigne; e sappiamo, che pel pubblico culto, e per la denominazione di Santo, ciò basta. Espongasi dunque il Corpo, che vi mandiamo, al pubblico culto, s'infiammi la vostra divozione, e del rimanente del Clero, e del Popolo, verso queste nuove Sante Reliquie: e sappiate, che i Corpi, e le Reliquie de' Santi sogliono essere per misericordia di Dio un valido presidio per tener lontane dalle Città, nelle quali sono collocare, e venerate, le disgrazie, dalle quali sarebbero oppresse. Al Martire Teodoro S. Gregorio Nisseno attribuisce l'essere stata preservata la Città, in cui era il suo Sacro Corpo, da un'imminente devastazione minacciata dagli Sciti, come può vedersi nella sua Orazione sopra lo stesso Martire. Lo

Si co-  
manda  
d' esporre  
al pubbli-  
co culto il  
Corpo di  
S. Proco.

Le Reli-  
quie de'  
Santi so-  
gliono  
preserva-  
re le Città  
da molte  
disgrazie.

minabantur, ut viderè est in *Oratione de eodem Martyre*. Idem scribit Evagrius *lib. 4. cap. 27.* de Martyre Sergio, qui Civitatem, ubi erat Sacrum ejus Corpus, a terribili Regis Chosroz invasione liberavit. Superius mentionem fecimus de Concive Nostro Joanne Chrysostomo Trombelli Abbate, nunc iterum ejus memoriam repetimus, qui pariter *supra cit. Dissert. 7. cap. 24. et seq.* hoc idem assumptum summa felicitate, atque eruditione comprobavit. Jam verò ut finem faciamus, paterne vobis benevolentia complectentes, Apostolicam Benedictionem Vobis impertimur.

Dat. 23. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
 Aprilis die 20. Aprilis 1745. Pontificatus Nostri Anno  
 1745 Pon Quinto.  
 tif. V.



stesso scrive Evagrio al lib. 4. cap. 27. del Martire Sergio, che liberò la Città, in cui era il suo Sacro Corpo, da una terribile invasione di Cosroe. Abbiamo di sopra nominato il nostro Padre Abbate Trombelli. Ora di nuovo lo nominiamo; avendo esso pure nella cit. dissert. 7. al cap. 24. e seguenti, dimostrato con molta felicità ed erudizione, questo stesso assunto. E quì intanto abbracciandovi, con Paterno affetto vi diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Dat 20.  
die 20. Aprilis 1745. Pontificatus Nostri Anno Aprilis  
Quinto. 1745. Pon-  
tifici V.



## BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectis Filiis Capitulo, et Canonicis Metropolitanæ Ecclesiæ Bononiensis:

**L**itera  
Apostol.  
in forma  
BrevisCa-  
pitulo et  
Canonicis  
Ecclesiæ  
Metrop.  
Bonon.  
scriptæ.

**D**ILECTI Filii Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Insignes, quæ amplissimam istam Metropolitanam Ecclesiam maximè illustrant et ornant, laudes, et decora, tum opportunis ad divini honoris et Ecclesiasticæ disciplinæ incrementum editis legibus; tum ædificiorum vel accessione vel instauratione, tum denique additis pretiosæ suppellectilæ ornamentis, pro viribus hactenus augere adeo sollicitè studuimus, ut officio quidem minimè defuisse Nobis ipsi quodammodo blandiamur: amoris verò erga Sponsam; quæ gaudium et coronam Nostra semper erit; nunquam videamur satisfacisse. Ut autem constantissimam voluntatem Nostram eidem novo testimonio amplius declaramus, ad cælestè præsidium publicis necessitatibus confirmandum, Corpus S. Proci Martyris, e Sancti Thrasonis Cæmeterio eductum et extractum, in eadem Metropolitana semper adservandum, Vobis, paterni Nostri amoris pignus, dono mittimus. Porro de hujus Sancti Martyris inventione, deque certissimis argumentis; notis ac symbolis; per quæ ejus Martyrium exploratissimè designatur; pluribus ac subtiliter admodum scribimus in epistola, quam Italico idiomate ad Vos hac ipsa die damus: cui has etiam in forma Brevis litteras adjungimus, quas pro publico authenticoque documento futuris temporibus esse volumus. Eapropter Venerabile Sancti Proci Corpus; unà cum Ampulla vitreâ ipsius Sanguine respersa, quacum fuit Sepulcro conditum (quemadmodum antiquis erat in more positum Martyrum Corpora tumulo mandare) decenter composuimus atque collocavimus in Cap:

*sula ex cere auro inducto ad urnæ instar compacta et conformata, elegantissimo opere elaborata, crystallinis sex tabulis undique contexta : quam ad certam perpetuamque rei fidem Nostris in certi hispanica rubri coloris impressis signis obsignavimus, Vobis igitur injungimus et mandamus, ut Sacra tanti Martyris pignora, cum perenni paternæ caritatis Nostræ memoriâ, ad majorem Divini nominis gloriam, Sanctorumque cultum, in ista Metropolitana Ecclesia publicæ Fidelium venerationi exponatis : Fore certò sperantes, ut præsentissimo etiam ejusdem Martyris patrociniò, ampliora in dies divinæ clementiæ munera Vobis comparetis, quibus euntes de virtute in virtutem, ambuletis digne Deo in omni opere bono fructificantes, et veritatem in caritate facientes, crescatis in illo per omnia, qui est Caput Christus : apud quem assiduas ad opportunam imbecillitati Nostræ opem implorandam preces effundite. Ac Vobis, Dilecti Filii, quos eadem, qua antea præsentibus, nunc autem absentibus benevolentia complectimur, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.*

*Datum Romæ etc. 20. Aprilis 1745. Anno Quinto,*



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
BENEDICTI PAPÆ XIV.

Epistola prima ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Campidonensis, de facultate consecrandi Abbatialem Ecclesiam Campidonensem.

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fidi, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

Abbas  
Campido-  
nensis Ec-  
clesiam  
Abbatia-  
lem con-  
secrat ex  
privileg.  
Apostol.

**E**X tuis precibus mense Martii nuper elapsi ad Nos perlatis accepimus, Ecclesiam Abbatialem, cui præes, sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis, et Sanctorum aliquot Martyrum erectam, vetustate et dignitate conspicuam, cum a Prædecessore Nostro Hadriano PP. I. sacro Ecclesiæ ritu fuerit consecrata, occasione belli contra Suecos initi, decimoseptimo sæculo ferè dimidio funditus eversam, tandem nobili ædificio rursus fuisse instauratam. Cumque, juxta Sacrorum Canonum Sanctiones, Ecclesiæ novo opere instructa, nova itidem consecratione initianda sit, illud a nobis postulasti, ut ejusmodi consecrationis ministerium tibi, auctoritate Apostolica perficiendum demandaretur. Etsi verò tanti privilegii magnitudo Nobis perspecta esset, nihilominus meritorum tuorum intuitu, ipsa quoque Ecclesiæ tuæ insigni nobilitate, de qua Mabillonius *Analect. tom. 1. ad iter Germanicum*; ipsa item Campidonensi Monasterii remotissima vetustate, cujus initia, privilegia prærogativas latè enumerat Bruschius *in serie Monasteriorum Germanicæ illustr.*, tandemque iis circumstantiis, in quibus versabaris, id sua-



dentibus, petitam facultatem, iis tamen, quas infra enumerabimus, conditionibus circumscrip-  
ptam, ultro concessimus. Par enim Nobis visa est, cum ad Sacramenti Confirmationis, tum ad Ecclesiarum Dedicacionis Ministrum designandam, causa, et exemplum. Enim vero, quamvis Sacramenti Confirmationis administratio ita soli conveniat Episcopo, ut nullus Antistes simplicem Sacerdotem, qui baptizatos confirmet, possit delegare; multis tamen Prædecessorum Nostrorum exemplis docemur, ejusmodi munus Sacerdotibus, et præcipuis quibusdam Abbatibus, esto nullo caractere Episcopali insignitis, fuisse collatum; modo extraordinarius Confirmationis Minister, Oleo, cui Episcopus pridem benedixit, utatur: ut fusiori calamo scripsimus in Nostro Tractatu de Synodo Diocesana, qui nuper e typis prodiit, lib. 7. cap. 7. et seq. Haud dissimili dispensatione, Ecclesias consecrandi privilegium, quod alioquin nulli convenit, nisi Episcopali dignitate præfulgeat, Apostolicæ auctoritatis limites non excedit, quamvis nulli Episcoporum jus sit, simplicem Sacerdotem ad id muneris designare.

Par in  
Sacram.  
Confirma  
tionis ex-  
emplum.

Hinc Nobis jure ac merito ex Apostolicæ potestatis plenitudine ad Ecclesiam Campidonensis Monasterii consecrandam Te Ministrum delegimus, his verbis, quæ ex literis Nostris Apostolicis die 12. Martii proxime præteriti editis hic subjicimus: *Hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi, eandem Ecclesiam Monasterii Campidonensis, juxta præscriptum in Rituali Romano, servatis aliis de more servandis, recepto prius Oleo Sacro ab Episcopo benedicto, pro hac vice tantum, consecrandi facultatem, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, concedimus et indulgemus.* Hinc mense Majo sequenti, ejusdem Ecclesie Consecratio, te id agente, solemniter, peracta est.

§. 2. Conveniunt Canonistæ, Episcopis jus esse Ecclesias in eorum Diocesi existentes consecrandi, imo et alium delegandi Episcopum;

Canonist.  
sententia  
de jure  
Episcop.  
in Eccl.  
dicandis.

qui, delegationi seclusa, consecrationem extra reatum non posset perficere; cum ex præscripto Synodi Tridentinæ *Sess. 6. cap. 5. Reformat.*, nefas sit extraneo Antistiti, sine Ordinarii licentia, in aliena Diœcesi exercere Pontificalia. Addunt verò iidem Canonistæ, non posse ab Episcopo simplicem Sacerdotem ad consecrationis opus obeundum designari; quandoquidem uni Summo Pontifici peculiaris hæc jurisdictione reservatur. Ita sentiunt inter Hispanos Gonzalez *Cap. Aqua, num. 3. et seq. de Consecr. Eccles.*, inter Belgas Van Espen *Juris Ecclesiast. part. 2. art. 16. num. 10.*, inter Germanos Pirhing *ad lib. 3. Decretalium art. 4. §. 1.* et Schmalzgrueber *ad eundem tit. §. 1.*, nostrosque inter Italos Tamburini *de jure Abbatum, tom. 1. disput. 23. quæst. 7.*

Juxta Canones, Ecclesia dicanda est ab Episcopo in cuius Territorio ædificatur.

Necque officit Sidonii exemplum.

§. 3. Hanc Canonistarum Sententiam nonnulla Ecclesiasticæ Historiæ monumenta illustrant, atque confirmant. In Concilio Arausicano I., quod anno Christi 441. coactum est, quodque in Collectione Labbeana refertur *tom. 3. pag. 1449.*, hæc ad rem nostram decernuntur: *Si quis Episcoporum in alienæ Civitatis Territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui negotio, aut Ecclesiastica utilitate, vel pro quacumque sua opportunitate, permessa licentia ædificandi, quia prohibere hoc votum nefas est, non præsumat dedicationem; quæ illi omnimodis reservatur, in cuius Territorio Ecclesia assurgit.* Neque exemplum Sidonii, qui, ut legimus in *Epist. 15. lib. 4.*, Ruthenorum Ecclesiam citra ullam Ordinarii licentiam consecravit, Ecclesiæ moribus aut disciplinæ adversatur. Sicut enim Savarus in *Notis ad præallatam Sidonii Epistolam* animadvertit, nedum Ruthenorum, sed et aliæ, quæ circumpositæ erant Ecclesiæ, Pastoribus, quos Ariænæ persecutionis impetus propulsaverat, jacebant destitutæ; quod idem vel ex ejusdem Sidonii *Epistola 6. lib. 7.* aperte colligimus: Hinc nil mirum, si, inconsulto Episcopo, qui non aderat, Sidonius ad alienæ Diœcesios Ecclesiam consecrandam

consecrandam accesserit, ne alioquin sacra illa *Aedes* eximia Consecrationis prerogativa fraudaretur.

§. 5. Quod uni asseritur Episcopo, ex prae-  
stituto Arausicani Concilii Canone, aperte de-  
negatur Presbyteris in secundo Bracarenensi Con-  
cilio anno Christi 563. sub Pontifice Joanne III.  
In memorata Collectione Patris Labbe tom. 5.  
pag. 842. recitatur *Can.* 19. hisce verbis con-  
ceptus: *Item placuit, ut, si quis Presbyter post*  
*hoc interdictum ausus fuerit Chrisma benedicere,*  
*aut Ecclesiam aut Altare consecrare, a suo officio*  
*deponatur; nam et antiqui hoc Canones vetue-*  
*runt.* Sed propius ad rem nostram Concilium  
Hispalense secundum, cui anno 619. praefuit  
S. Isidorus, aperte docet, non posse Episcopos  
simplicem Sacerdotem delegare ad Ecclesiarum  
Consecrationem perficiendam. Splendidi hujusce  
monumenti verba sic habent: *Septimo examine*  
*relatum est Nobis, venerandissimum quondam*  
*Agapitum Cordubensis Urbis Episcopum frequen-*  
*ter Presbyteros destinasse, qui, absente Ponti-*  
*fice, Altaria erigerent, Basilicas consecrarent.*  
*Quod quidem non est mirum id praecipisse virum*  
*Ecclesiasticis disciplinis ignarum, et statim a*  
*saeculari militia in Sacerdotale Ministerium dele-*  
*gatum. Ergo, ne ultra talis a Nobis licentia usur-*  
*petur, communi sententia statuendum oportuit:*  
*scientes, quia sicut Presbytero illicita Consecra-*  
*tio est Altaris, ita et constitutio,*

§. 6. Codices nonnulli, in quibus praefati  
Canonis verba exscribuntur, nedum Presbyteros,  
sed et Chorepiscopos nominant, quibus Eccle-  
siarum dedicatio, etiamsi Episcopi delegatio  
faveat, pari jure denegatur. Verum Cardinalis  
de Aguirre in *Collectione maxima Conciliorum*  
*Hispaniae tom. 2. pag. 464,* accuratiorum Codi-  
cum fidem secutus, Chorepiscoporum nomen,  
aliena manu additum, expungit; non enim de  
Chorepiscopis, sed de solis Presbyteris, Hispa-  
lensis Concilii Canon sermonem habet. Prae-  
terea doctus idem scriptor loco citato pag. 473.  
*Tom. XII.*

Ex iisdem  
Sacris Ca-  
nonibus  
vetitum  
Presbyte-  
ris Eccle-  
sias con-  
secrare  
tum Epi-  
scopis  
consecr-  
Presbyt-  
delegare.

Dubium,  
an Hispa-  
lensis  
Concilii  
Canon,  
etiam de  
Chorepi-  
scopis me-  
minerit.

postquam satis probavit, Epistolam 88. quæ S. Leoni a nonnullis tribuitur, tanti Pontificis factum non esse, sed illam ex Canone septimo Hispalensis Concilii fuisse desumptam; tandem concludit, Chorepiscoporum nomen Canoni insertum, in ipsam Epistolam, quæ ex Canone illo concinnata est, facile descendisse.

Chorepiscopi ferè omnes Sacerdotes dumtaxat fuerunt.

§. 7. Et si verò daremus, Hispalensis Concilii Canonem Presbyteros atque Chorepiscopos una sociasse, nihil inde conficitur; jam enim nostra ætate communis eruditorum opinio est, Chorepiscopos, si paucos excipias Episcopali characterè decoratos, puros putosque Sacerdotes fuisse. Quæ de re consulendi Bellarminus *lib. 1. de Clericis cap. 17.*, Hallier *de Sacris Ordinationibus sect. 5. cap. 2.*, Morinus *Exercitat. 3. cap. 2.*, Thomassinus *de Ecclesiastica disciplina part. 1. lib. 2. cap. 1.*, Carolus de Fresne *in verb. Chorepiscopi*, Witaſſe *in Appendice ad dissertationem de Episcopis art. 3.*, Le Droit *lib. 8. sect. ult.* Hoc in sensu Hispalensis Concilii Canonè commode accipitur, ut nimirum de iis Chorepiscopis, qui Presbyteratus metam non excedunt, sit intelligendus. Juvat hæc interpretatio ex aliâ lectione ejusdem Canonis, quem ex Concilio Hispalensi supra recitavimus, si editionem Conciliorum, quæ anno 1585. sub auspiciis Sixti V. Prædecessoris Nostri Venetiis procusa est, consulamus. Enimverò *vol. 3. pag. 55. num. 7.* in ipso Canonis contextu, Chorepiscopi, ac Presbyteri una sociantur; ita tamen, ut par utrisque tribuatur auctoritas. Canonis verba hæc atteximus; *Septimo examine relatum est Nobis, venerandissimum quondam Agapitum Cordubensis Urbis Episcopum frequenter Chorepiscopos, vel Presbyteros ordinasse, qui tamen juxta Canones unum sunt etc.*, qua verborum additione, nullum, ut cuique patet, Chorepiscopos, inter ac Presbyteros, statuitur discrimen.

Episcop. nativa potestas

§. 8. Cardinalis Bellarminus *l. 2. de Confirmat. cap. 12.* docet, inesse, Episcopis integram, absolutam, et quæ a nullo dependeat, auctori-

tatem ministrandi Confirmationis, atque Ordinis Sacramenta, quibus Nos addimus et ipsam Ecclesiarum Consecrationem. Ex quo fit, ut possint Antistites in propria Diocesi ejusmodi jurisdictione pro libito uti; quamvis, si forte qui Episcopis præest, id prohibeat, vel impediatur, hoc in casu actus Superiore vetante exercitus, illicitus quidem sit, non etiam frustraneus. Verùm, eodem Bellarmino teste *in loco cit.* longè dissimilis, ubi de simplici Sacerdote sermo est, militat ratio. Etsi namque Ordinis potestas, quæ ex vi characteris Sacerdoti tribuitur, plena, integra, atque absoluta, sit in Baptismi, atque Eucharistiæ Sacramentis conficiendis; inops tamen, inchoata, atque a Superioris nutu dependens habenda est Sacerdotum potestas, quo ad collationem Confirmationis, ac Minorum Ordinum, atque ex pari ratione quoad ipsam Ecclesiarum Consecrationem. Hinc sequitur, ut, nisi Superioris accesserit delegatio, mutila hæc, atque infirma Sacerdotum auctoritas, neque in licitum, neque in validum actum erumpere possit.

§. 9. S. Thomas, Theologorum facile princeps, *in lib. 4. sentent. dist. 7. qu. 3. art. 1. quæstiunc. 3.* asserit, Episcopatum, nihil Sacerdotio superaddere *per relationem ad Corpus Domini verum*, sed multo potiorém jurisdictionem conferre, habito respectu *ad Corpus Domini mysticum*. Ex quo infert, Summum Ecclesiæ Pontificem, Episcoporum omnium caput, in quo potestatis omnimoda residet plenitudo, eam, qua pollet, absolutissimam auctoritatem in Corpus Christi mysticum, hoc est in Ecclesiam, exercere posse, ideoque ad ea perficienda, quæ ad mysticum Christi Corpus quoquomodo pertinent, summo jure Sacerdotibus, qui ex vi Ordinis, ac præcipuo quodam jure Eucharistiæ Sacramentum conficiunt, potestatem conferre, quod tamen Diaconis, qui non habent perficere Corpus Domini verum; jure ac merito denegatur. Huic nixus fundamento S. Doctor affirmat, simplicem Sa-

in Ecclesiarum consecratione: simplicium Sacerdot. nulla.

Cum tamen hi potestatem habeant in Corpus Christi verum;

A Summo Pont. delegari possunt ad ea quæ pertinent ad Corpus Christi mysticum

cerdotem ; a Summo Pontifice delegatum , Sa-  
 cramentum Confirmationis , ac minores Ordi-  
 nes ritè ministrare. Quidni ergo et Ecclesias  
 poterit consecrare ? Simples Sacerdotes in ex-  
 traordinarios Confirmationis , ac minorum Or-  
 dinum Ministros pluries fuisse designatos , satis  
 probavimus in prælaudato Tractatu Nostro *de*  
*Synodo Diœcesana*. Illud ergo inquirendum su-  
 perest , quonam tempore delegatam ad conse-  
 crandas Ecclesias jurisdictionem in usum revo-  
 caverint ,

Exemplis  
 usitur : il-  
 lud Ste-  
 phan. II.  
 de conse-  
 cratione  
 Ecclesiar  
 Monast.  
 Nonantu-  
 lani ad  
 rem non  
 facit ;

§. 10. Ad id demonstrandum nonnulli pro-  
 ferunt Diplomata Stephani II. quem putant jus  
 tribuisse S. Anselmo Abbati Monasterii Nonan-  
 tulani in territorio Mutinensi , ut *Altaria simul* ,  
*et Ecclesiam Apostolica auctoritate consecraret* ,  
 verba sunt Pontificii Diplomatis apud Ughell.  
*Ital. Sac. tom. 2, in serie Episcoporum Mutinen-*  
*sium pag. 84. postremæ editionis* , cujus item Di-  
 plomatis seriem exhibet Abbas Muratorius *tom. 1.*  
*part. 2. scriptor rer. Italicar. in Opuscul. de Fun-*  
*datione Monasterii Nonantulani pag. 190. ac Bul-*  
*larium Romanum Romæ excusum anno 1739.*  
*tom. 1. Constitut. 2. inter eas , quæ Stephano II.*  
*adscribuntur , pag. 150. Verum si Apostolicæ*  
*Constitutionis verba paulo accuratius perpen-*  
*dantur , legenti patebit , Stephanum Pontificem*  
*Sergio Ravennatensi Archiepiscopo , non etiam*  
*Abbati Anselmo , Sergii dumtaxat consocio ,*  
*auctoritatem contulisse , ut S. Sylvestri , alio-*  
*rumque Sanctorum Reliquias deferret Nonan-*  
*tulam , ibique Ecclesiam , ac Altaria initiaret ;*  
*quandoquidem ea ætate vigeat adhuc mos , et*  
*disciplina , quæ insequentibus item temporibus*  
*aliquandiu obtinuit , ut nimirum nefas esset*  
*Episcopis Ecclesias , inconsulto Pontifice , con-*  
*secrare. Quo pertinent verba illa Nicolai I. ad*  
*Consulæ Archiepiscopi Vesonsionensis , relata*  
*in cap. 5. tom. 1. Spicilegii Lucae d'Achery pag.*  
*597. Quomodo autem Chorepiscopos posse dici-*  
*mus. Ecclesiam consecrare , quam nulli Episco-*  
*porum licet sine Nostro præcepto , secundum san-*

*itas regulas; dedicare?* Vettistam hanc Ecclesiæ disciplinam colligimus ex *Can. de loorum 4. de Consecrat. dist. 1.*; atq̄e ex iis, quæ edisserunt Gonzalez in *Cap. Ad hæc; de Consecrat. Eccles. n. 11. in fin.*; Granænet: *ut lib. 3. Decretal. tit. 36. in notis ad Cap. Ad hæc, de Religiosis Domibus, num. 3. et seq.*, et Garnerius in *notis ad lib. Diurni Romanorum Pontificum cap. 5. pag. 91.* Cæterum, ut in viam, à qua paulatim defleximus; regrediamur, Abbatix Nonantulane Ecclesiam a Ravennatensi Archiepiscopo fuisse initiatam, Auctor est Pater Mabillonus *part. 11. sæcul. 17. Sanctorum Ordinis Benedictini tom. 2. pag. 146. num. 62. editionis Lucensis*, ubi refert geminam in territorio Nonantulano, Stephani Papæ II. jussu, peractam Eccl. Cōsecrationem, alteram quidem a Geminiāno Multinensi Episcopo, alteram verò ab Archiepisc. Ravennatensi Sergio, qui post absolutum sacri ritus ministerium; tridui spatio cum Anselmo Abbate, ejusque Monachis commoratus est.

§. 11. Hoc igitur monumento posthabito, ad alia progrediamur. Constat cum primis, soli Episcopo jus competere Ecclesias consecratas, si polluantur, reconciliandi; contra verò simplici Sacerdoti id omnino vetitum, quamvis Episcopalis intercesserit delegatio. *Aqua per Episcopum benedicta Ecclesiam reconciliari posse per alium Episcopum, non negamus: per Sacerdotes simplices hoc fieri de cætero prohibentes: non obstante consuetudine Provinciæ Bracaren-sis, quæ dicenda est potius corruptela: verba sunt Gregorii IX. in cap. Aqua, de Consecratione Ecclesie.* Posse tamen Summum Pontificem ejusmodi auctoritatem vel simplici Sacerdoti conciliare, fatetur Abbas in *dicto cap. Aqua*; quodque rem planè conficit, eandem auctoritatem pluries contulisse, testatur Innocentius ad præfatum Caput; *Aqua*; ita scribens: *audivimus ante, quod Papa pluribus Episcopis indulsit, quod per simplices Sacerdotes possent reconciliare Ecclesias, aqua tamen per*

Ecclesiam consecratam si polluantur a Sacerdotibus: ex privil. Apostol. reconciliari posse exempla præbent quamplurima.

*Episcopum benedicta.* Nec desunt e Regularium numero, qui de hujusmodi privilegio sibi plaudant, adhibita tamen aqua ab Episcopo benedicta, ut scitè animadvertit P. Bremond Ordinis Prædicatorum Generalis Magister tom. 8. *Bullarii Ordinis Prædicator. tit. 1. quæst. 4.* Eadem Basilicæ Vaticanæ Canonicis, nimirum Priori, ex Constitutione Innocentii VI. quæ in nupero Bullarii Vaticani tom. 1. pag. 361. latè exscribitur, nec non Altaristæ, ex privilegio Urbani V., cujus autographum in Archivo ejusdem Basilicæ servatur, tribuitur facultas, ut Basilicam ipsam, ejusque Cappellas, ac Cœmeteria polluta, aquæ ab Episcopo benedictæ usu, valeant reconciliare. Hæc tamen in iis dumtaxat Ecclesiis, quas consecratio distinguit, locum habent; secùs pollutas Ecclesias, quas sola benedictio, non etiam consecratio sanctificavit, reconciliare, cuique Sacerdotum conceditur, adhibita lustrali aqua, citra ullam delegationis necessitatem: *si Ecclesia non consecrata,* (inquit Gregorius IX. *cap. Si Ecclesiæ, de Consecratione Ecclesiæ*) *cujuscumque seminis fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lavetur, ne Divinæ Laudis organa suspendantur.*

Si verò  
polluta  
Ecclesia  
benedicta  
tantum  
fuerit,  
citra ul-  
lum pri-  
vileg. po-  
terit a  
Presbyt.  
reconci-  
liari.

Facultas  
Altaria  
consecr.  
ex Indul-  
to Pii IV.  
Abbatib.  
Cassinen-  
sibus con-  
cessa.

§. 12. Sicuti Ecclesiæ pollutæ reconciliatio, ita et solemnis consecratio a Summo Pontifice vel simplici Sacerdoti jure demandatur; esto nec ad expiandam pollutam, neque ad consecrandam novam Ecclesiam, fas sit Episcopis simplicis Sacerdotis ministerio uti. Ita censent Azorius *Institut. Moral. tom. 1. tib. 10. cap. 27. quæst. 4.* et Anacletus *ad lib. 3. Decretal. tit. 40. §. 2. n. 32. et 33.* Dictis facta respondent; cum multa suppetant exempla Romanorum Pontificum, qui Abbatibus Regularibus auctoritatem consecrandi Altaria in eorum Ecclesiis erecta, concesserunt. Quod ad Cassinenses Abbates pertinet, luculentissimum privilegium suppeditant Constitutiones Prædecessoris Nostri Pii IV. con-



*sulendæ in tom. 1. Bullar: Ordinis Benedictini sub num. 175. et 176.*

§. 13. Ab aliis abstinemus exemplis; cum illorum meminerit notissimus Auctor Clericatus *decis. 13. de Sacrificio Missæ num. 18. et seq. et n. 26.* Pari silentio missa fecimus; quæ de celeberrimo Einsildensi Monasterio narrantur in Opere, cujus titulus: *Idea Congregationis Helveto-Benedictinæ*; quod Opus Typis Monasterii S. Galli anno 1702. editum hæc habet pag. 18: *Ad annum 948: a Si Eberhardo Conradus Constantiensis Episcopus Sacellum consecraturus invitabatur: At prævenit illum in benedictionibus subimus à Coelo Sacerdos; illudque Divina manu sacravit; humana; nisi oleum et operam perdere mallet, a Consecratione cessare jusq.* Quidquid enim sit de veritate historię; nihil inde; quod Nostram juvet causam; licet colligere.

§. 14. Illud verò ratum, indubiumque est, Paulum III. Prædec. Nostrum Abbati Ludovico, ejusque in Einsildensi Abbatia Successoribus copiam fecisse, ut, quandiu hæreses obtinerent, Ecclesias, Oratoria, ac Cœmeteria dedicarent. Pontificium Diploma ann. 1542. die 19. Decembris evulgatum est, quod rursus Pius IV., Noster item Prædecessor, suis Litteris Apostolicis anti. 1562. nova sanctione roboravit, servato eodem verborum tenore, qui sic habet: *Quod ipse Ludovicus, et pro tempore existens Abbas Monasterii hujusmodi, durantibus dictis hæresibus, præfatum Monasterium, et quæcumque ad illud pertinentia; Ecclesias, Oratoria, Cœmeteria, et loca hactenus consecrata et benedicta, quovis modo pro tempore polluta, reconciliare; et nondum consecrata, et benedicta, nec non Calices, Patenas, Libros, vestimenta, et alia mobilia; ac etiam Tabernacula custodiæ Eucharistiæ, consecrare et benedicere.*

§. 15. Neque ejusmodi privilegia ignota delituere; quo enim tempore Rhodiorum Archiepiscopus Nuncii Apostolici munere in partibus

Mira  
Consecratio Sacelli  
in Monaster. Einsild., si vera, in exempli proferri nequit

Diplomata quidam Pauli III. et Pii IV. Einsild. Monast. Abbatib. jus tribuant Ecclesiis consecr.

Eadem diploma Nuncii Apostol. sententia probata,

Helveticorum fungebatur, Diplomatum Authographis in iudicium delatis, atque iis probè discussis, præfatus Archiepiscopus, Partibus hinc inde contradicentibus, hanc contra Ministros Curie Episcopalis Constantiæ sententiam tulit: *visis documentis exhibitis; ex quibus constat manifestè, Reverendissimos Abbates Einsildenses pro tempore, a biscentum circiter annis, usque ad moderna tempora, quamplurimos, et varios actus solemnes ac publicos Consecrationis huiusmodi, gessisse, et exercuisse etc. dicimus, decernimus, et definitivè pronunciamus, Reverendissimum Abbatem prædictum manutenendum, conservandum, ac defendendum fore et esse in quietâ, et in pacifica possessione Juris consecrandi Ecclesiæ, et Cappellas suo Monasterio subjectas, et incorporatas, pro ut Nos ipsi manutenemus, conservamus, atque defendimus.* Quæ quidem sententia viget adhuc. Quod si fortè eveniat, ut ea in Iudicii prosecutione aliquando revocetur, non jam ob defectum Apostolicorum Diplomatum, quæ Abbatibus concessa fuere, id eveniet, sed potiùs privilegiorum abusus, qui præfinitos limites excessit, damnabitur.

Aliud argument. ex Abbat. Gorbejensis monumentis petitum.

§. 16. Præterea extat Elenchus, quem Nos ipsi perlegimus, in quo Ecclesiæ, quas Corbejensis Abbas dicavit, enumerantur, nec numerantur dumtaxat, sed insuper momenta adduntur, ac probationes compulsatæ in actibus Tribunalis Romanæ Rotæ, occasione litis, quæ inter Paderbonæ Episcopum, et memoratum Abbatem exarsit; quam deinde sequuta est decisio Rotalis coram Millino, nunc Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, die 5. Februarii 1745. Porro Corbejenses Abbates, Apostolicis privilegiis destituti, ad ejusmodi consecrationes perficiendas manum profectò non admovissent; ex quo indubia redditur sententia, quæ docet, Romanum Pontificem posse Sacerdotibus, iis potissimum, qui in Abbates evaserunt, auctoritatè ad Ecclesiæ consecrandas conferre: quodque caput

est, ejusmodi auctoritatem a Nôstris Prædecessoribus reipsa in usum fuisse revocatam.

§. 17. Quò tandem spectent, quæ huc usque narravimus; atque in hac Epistola quam tibi damus, collegimus, a Nobis si quæras, ingenuo animi Nostri sensus aperire non dedignabimur. Ad Nostras pervenit manus Libellus hæc eodem anno Campidonæ editus, cujus titulus: *Triplex Triumphus Campidonensis*: quod nempe circa consecrationem Abbatialis Ecclesiæ ex Apostolico privilegio a te peractam, totus occupetur. In hoc Libello auctoritas a Nobis tibi collata usque adeo extollitur, ut *inaudita* dicatur; ejusmodi privilegii nullum in Monachorum chartis extare vestigium tutò asseritur; tandemque concessio tibi facta facilis nimirum indulgentiæ portentum nominatur, quod Germaniam universam in sui traxit admirationem. Equidem putamus, hæc atque his similia, magnificis verbis ideo jactari, ut beneficii magnitudo extollatur, atque ut majores Benefactori grates referantur. Haud temerè tamen suspicari licet, posse nonnullos, ex iis, quæ liberius scribuntur, in eam adduci opinionem, ut credant, Nos hac in re aliquid, quod Prædecessores Nostri intactum relinquere, tibi exequendum demandasse. Etsi verò a graviore censura immune sit opus, quod Romanus Pontifex ex indicta sibi auctoritate, quam in præsentī casu nemo inficiatur, in actum revocat; nihilominus ad quascumque ambages tollendas, illud tibi significandum duximus, morem hunc designandi Abbates, qui Ecclesias Chrismate per Episcopum benedicto consecrent, nec novum esse, nec a Nobis primò fuisse introductum.

§. 18. Equidem Tamburinus hac in re veratissimus, in Opere et loco a Nobis supra memorato, ait, se nescire, fuerit ne unquam Abbatibus collata potestas, qua Ecclesias initiarent. Si hac verborum servata mensura Libellus loqueretur, jam nullus Nostræ huic Epistolæ

Hujus  
Epist. con  
scriben-  
dæ causa  
et occasio

Privileg.  
Abbati  
Campid.  
conces-  
sum, nec  
novum,  
nec sine  
causa.

fuiſſet locus; verùm, cùm in exaggerationem effuſus, modum exceſſerit, oportuit, ut de iis, quæ et Noſtrum Diploma vindicant, et præpoſteram, quam ex Libello quis haurire poſſet, interpretationem evertunt, hinc unà colligeremus. Quocirca, ut rem hanc paucis conficiamus, fatemur, te ad consecrandam Abbatialem Eccleſiam a Nobis electum, magno utique, et eximio privilegio fuiſſe decoratum. Ejusmodi tamen privilegii alia ſuccurrunt exempla, quæ a Noſtris Prædeceſſoribus ad Nos permanarunt. Multa item ac gravia Nobis præſto fuerunt argumenta, ut petitam delegationem tibi concederemus. Horum nonnulla in Litteris Noſtris Apoſtolicis die 12. Martii præſentis anni editis indicavimus; alia, multo item in pretio habenda, præterire maluimus; cum nulla Nos adigat ratio, ut imos animi Noſtri recessus ſive tibi, ſive aliis manifeſtemus.

Altera **§. 19.** Consecratione peracta, ac Libello, cuius supra meminimus, evulgato, cum jam nulla tibi ad aliam consecrationem peragendam facta, cultas superesset, quandoquidem pro una dumtaxat vice, privilegium concessimus, esto, in cæteris Prædeceſſorum Noſtrorum Diplomatum favore Abbatum, ejusmodi limitatio nullibi occurrat, iterum oblatiſ tuo nomine precibus poſtulasti, ut Eccleſiam Ordinis S. Franciſci intra jurisdictionis tuæ limites erectam, aut ſoret, aut unà cum Episcopo consecrares. Verùm postulata rejecimus; nec Nobis grave erit in postrema harum Litterarum parte rationem, ac cauſas attexere, ob quas privilegium duximus denegandum.

Afferatur **§. 20.** Et primò, quod ad Eccleſiæ Ordinis ratio, cur S. Franciſci consecrationem attinet, jam, ut privileg. alterius consecr. Eccleſiæ tibi impervia ſit, Nos ultrò dabimus. Solida nimirum Nos urget ſuſpicio, ne, grati animi im-

petu abreptus, eadem repetas, et majori fortasse verborum vi, ac amplitudine ingemines, quæ in Libello de triplici Triumpho nuper conscripta sunt. Quod verò alteram postulati partem attingit, de consecrationis ritu ab Episcopo ac Abbate insimul peragendo, in Ecclesiæ moribus, ac disciplinæ nullatenus Nobis consonare videtur. Porrò si de Sacerdotum degradatione casus incidat, possunt sanè, ex præscripto Synodi Tridentinæ *Sess. 13. cap. 4. de Reformat.* Episcopi atque Abbates ad id exequendum unà convenire. Si privilegia, quæ summi Pontifices electis Episcopis nonnunquam concessere, inspiciamus, haud inficiamur, Episcoporum consecrationem, quæ a tribus Episcopis perficienda esset, ab eorum uno, ac duobus sive Abbatibus, sive aliis in Ecclesiastica dignitate constitutis, impleri posse, cum aliquando difficile admodum sit, tres Episcopos unà convenire; nec invalida, sed solùm illicita sit Episcopi consecratio, quam unus peragit Episcopus citra Apostolicam dispensationem, ut ex communiori opinione docent Cabassutius in *Notit. Ecclesiast. sæculi IV. ad Can. 3. Nicænum*, Christianus Lupus ad *Concilia Generalia et Provincialia tom. 1. pag. 29. et pag. 33.*, Juvénin de *Sacramentis dissert. 9. de Ordinibus in specie quæst. 1. de Episcopatu cap. 4.*, Cardinalis Gotti de *Eucharistia tom. 15. de Episcopatu dub. 4. §. 1. et 2.*

Exponit. quoque, cur consecratio ab Episc. ac Abbat. insimul non sit peragenda

§. 21. At verò nullum suppetit exemplum, quod in Ecclesiarum consecrationibus, Episcopum atque Abbatem unà componat. Desunt Pontificum Privilegia; Episcoporum dispensationes frustra quærentur, cum nequeant Episcopi Abbates in consecrationum Commiistros designare. Nec mirum subeat, si nulla occurrunt exempla, quæ hac in re Abbates Episcopis addant consocios, cum possint Episcopi, secluso alterius ministerio, consecrationis manus obire. Neque Abbatum ministra manus Episcopo, qui Ecclesiam consecrat, pondus addit, aut

Episcop. et Abbat. Ecclesias simul consecrassent, nullo probatur exemplo.

numerum, ut in Sacerdotum degradatione, aut Electi consecratione revera superaddit. Mirari quoque non debes, si asseramus, Episcopis jus nullum esse, ut in Ecclesiis dicendis, Abbates in Comministros assumant; quandoquidem Abbates et simplices Sacerdotes pari in numero habendi. Nequit Sacerdos in Comministrum eligi ab Episcopo; nec Abbas igitur poterit in Comministrum designari. Hæc sunt, quæ, rerum circumstantiis ita suadentibus, tibi duximus significanda. Interim verò tibi, tuisque Confratribus Apostolicam Benedictionem impertimur.

Dat. 16. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori  
 Novembr. rem die 16. Novemb. 1748. Pontificatus Nostri  
 1748. Pon- Anno Nono.  
 tific. IX.



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
BENEDICTI PP. XIV.

Epistola secunda, ad R. P. Engelbertum Abbatem Monasterii Campidonensis, de Consecratione Ecclesie S. Appollinaris Romae à Sanctitate Sua peracta.

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**P**ERACTA a Nobis est Consecratio Ecclesie S. Apollinaris, electo in Comministram Cardinale Gentili Episcopo Prænestino, et universo Cardinalium adstante Collegio. Sacris Ritibus, qui cum intra, tum extra Ecclesiam præscribuntur, initium Nos ipsi dedimus, iisdemque supremam manum imposuimus; quæ verò ab initio ad exitum intercurrunt opera, Cardinalis Comminister implevit, Ara major Nostro sumptu erecta, Nostris item manibus dicata est; nec alius, præter Nos, Græcas, Latinasque Alphabeti Litteras super cineres, exaravit. Interim verò Cardinalis Consocius, et Coadjutor, Pontificalibus indumentis ornatus, Faldistorio insidens, expleto consecrationis ritu, Missam ad Altare a Nobis pridem dicatum, de more celebravit; fas enim Episcopo consecranti, Romano Pontificali id permittente Missam alteri Sacerdoti celebrandam committere, ni pares ad id agendum suppetant vires; ut Nobis planè contigit, qui idcirco in privata Apostolici Palatii Nostri Cappella sacrum pridem obivimus. Quo item tempore solemnem Altaris Consecrationem peregi-

Quomodo  
dedicatio  
Ecclesie  
S. Apolli-  
naris per-  
acta fuit,  
rit, enar-  
ratur.

mus, Dilectus Filius Noster Carolus Albertus Cavalchini primo Episcopus, mox S. R. E. Cardinalis, in Ecclesia Beatæ Virgini dicata, ac S. Apollinaris Templo ita contermina, ut unum veluti Corpus cum illo constituat, Nostro jussu Altare Sacro Ritu iniitavit.

**Hæc ratio adhibita in dedicatione Comministri exponitur**

§. 2. Cùmque ad Nostram devenerit notitiam, prædictam methodum adhibitam, a nonnullis fuisse reprobam; eo sub obtentu, quod integra Ecclesiæ Consecratio aut a Nobis fieri, aut integra alteri demandari debebat, non inopportunum esse arbitrati sumus, tibi, Dilecte Fili, in hac secunda epistola aperire consilii Nostri rationes, ob quas Ecclesiæ Sancti Apollinaris Consecrationem peregrimus modo supra exposito; tibi enim hac ipsa die aliam scripsimus epistolam de Ecclesiarum Consecratione tractantem.

**Dedicationum ritus in Ecclesia perantiquus, ac mysteriis refertus.**

§. 3. Cardinalis Bona *Rer. Liturgicar. lib. 1. cap. 20. num. 3.* affirmat, Sacrum Ecclesias dicandi Ritus e veteri in novum Testamentum, atque ab Apostolis in eorum Successores fuisse translatum. Non eadem tamen Ecclesiæ disciplina in Consecrationibus peragendis ubique semper obtinuit. Eusebius, qui veterem dedicationum Ritus exhibet, neque Benedictiones aquæ lustralis usu, neque Cruces Sacro inungendas Chrismate, unquam commemorat: ex quo Dallæus in *Tract. adversus traditiones Latinorum lib. 3. cap. 15.* perperam infert, sacros hosce Ritus tunc temporis nondum obtinuisse: Imò verò Dallæo adhuc deterior Josua Arndius in *Lexico Ecclesiasticarum antiquitatum pag. 1085.* non veretur asserere, veteres Ecclesiarum consecrationes solis precibus, concionibus, atque hymnis fuisse institutas: quam sententiam sibi adoptavit Gotofredus Wictus *de altaribus cap. 11. n. 15.* Hæc tamen, quæ ab Hæreticis insano ore jactantur, inania sunt, nec ulli subnixæ fundamento. Si enim, ut scite ratiocinatur Sinesius in *Epistola 67. pag. 212. juxta editionem Parisien. año 1633.* sola precum prolatio par est ad



Ecclesias dicandas, jam locus nullus, non Oppidum, non Castrum occurret, cui dedicatio- nis prærogativa non conveniat; quandoquidem vix, ac ne vix quidem ullus poterit inveniri locus in quo aliquæ preces, hymni, laudes ad Deum effusæ aliquando non fuerint. Quod igitur hac in re inoffenso pede affirmari potest, illud est, Ecclesiarum consecrationes Sacrum Opus esse, quod solemnî Ritu, precibus, aliisque ab Ecclesia præscriptis actionibus, Episcoporum ministerio perficitur; quamvis lateat adhuc, quo primum tempore multiplices illi dedicatio- num Ritus incoeperint. Vetustos tamen esse fa- teri oportet, ac refertos mysteriis, quæ a sacris Nostris Scriptoribus elucidantur; quos inter primo loco eminet undecimo Ecclesiæ sæculo Ivo-Carnotensis in *Sermone 4. de Sacramentis Dedicacionis*, ubi de Crucibus, quæ Sacro inun- guntur Chrismate, sermonem habens, ita lo- quitur: *De consecrato Altari chrismanitur in pa- rietibus illæ duodecim Cruces, quæ Typum ge- runt Apostolicum, qui et primitias spiritus acce- perunt, ut Crucis mysterium populis et gentibus manifestare studuerunt.* De Crucibus item, ac de candelis, quæ coram iisdem Crucibus in Eccle- siæ consecratione accenduntur, disserit Gretserus *de Cruce lib. 2. cap. 7. §. Sacra hæc Dedicatio- nis etc.*

§. 4. Ecclesiarum consecratio duobus modis Consec-  
peragitur: vel etenim ab uno consecratur Epi-  
scopo; quod ut plurimum contingit, uti etiam  
adnotavit Van Espen *Juris Ecclesiastici, part. 2.*  
*tit. 16. num. 10.*, vel a pluribus insimul Epi-  
scopis, Garnerius in *Notis ad lib. Diurn. Roma-  
norum Pontificum, tit. 5. cap. 16.* ea Textus verba  
expendens, *petitque, ut eadem Ecclesia-solemni-  
ter debeat consecrari*, animadvertit, geminum  
consecrationis Ritus obtinuisse, alterum qui-  
dem communem, quem unus operabatur Epi-  
scopus; solemnem alterum, ad quem viciniôres  
Episcopi conveniebant: *Observa, inquit Gar-*

Conse-  
crat onem  
Ecclesiæ  
vel ab uno  
Episcopo,  
vel a plu-  
ribus in-  
simul per-  
fici posse,  
scripto-  
rum au-  
ctoritate  
compro-  
batur.

nerius, *geminum consecrationis modum, communem unum, de quo superiores formulæ, alterum solemnem, ad quem vicini Episcopi convocantur. Talis fuit dedicatio Basilicæ, quæ Synodo secundæ Arauxicanæ causam dedit.* Consulendus in rem hanc Bellottus *de Ritibus Ecclesiæ Laudunensis pag. 849. num. 5. et seqq.* Neque profectò credendum est, Ecclesiam ab uno Episcopo fuisse consecratam, cæteris tantùm assistentibus; cùm certum sit, omnes fuisse Comministros, et omnes sociam manum adhibuisse. Audiendus P. Martene *de antiquis Ecclesiæ Ritibus tom. 2. postremæ editionis Antverpiensis lib. 2. cap. 13. num. 5.* ita scribens: *Cæterum non solum ut spectatores, et testes, quod fortè existimabit aliquis, sed ut Coadjutores, et Ministri, ad ejusmodi Ecclesiarum Dedicationses convocabantur Episcopi, in quibus suas quique partes adimplebant.* Idem repetit Sacerdos Joseph Catalani *in suis ad Rom. Pontificale Operosis Notis tom. 2. tit. 2. num. 9.* Ut hanc, quam tractamus, materiam magis adhuc illustret, eruditus Martene nonnulla producit exempla cuique consulenda; quibus Nos duo superaddimus, unum ex Venantiò Honorio, cui etiam Fortunati nomen tribuitur excerptum *in lib. 3. ad Felicem Episcopum de dedicatione suæ Ecclesiæ*, ubi Euphronium, Victorium, Donnulum, Domitianum. et Macarium consecrationis Comministros expressè nominat, quos omnes Episcopos revera fuisse probat Broverus *in Notis ad Venantii Honorii Opus lib. 3. cap. 4.* Alterum verò longè illustrius exemplum consecrationis Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Valle, quæ contigit anno 1068. suppeditat d'Acherius *tom. 6. veter. edition. pag. 444.*, ubi sic legimus: *Domnus Willhelmus Carpentoratensis Episcopus, sive Dominus Willhelmus Tolonensis Episcopus, moniti vice Domni Rostagni Aquensis Metropolitanæ Episcopi, anno Incarnati Verbi 1068. indict. 6. sub die 6. Idus Januarii hanc dedicaverunt Ecclesiam.*

Idem  
exemplis  
quoque  
confirma-  
tur.

§. 5. Concordant ipsorum Romanorum Pontificum gesta. In actis Concilii Rhemensis sub Leone IX. legitur, ab eo fuisse peractam consecrationem Basilicæ S. Rhemigii hoc, qui sequitur; modo: *Dominus Papa, convocatis Episcopis... Rhemensem Archiepiscopum cum Lisojensi Episcopo ternam circuitionem eum Crucibus et Sanctorum Reliquiis, secundum Ecclesiasticum Ordinem, exterius constituit agere, ibique consecrationis officium adimplere; ipsi vero cum sibi necessariis remanens, interius Divini Tabernaculi sanctificationem strenuè diligentique exequitur.*

Adduntur in eadem rem Romanorum Pontificum gesta, et primum Leonis IX.

§. 6. Gelasius II. consecravit Metropolitanam Ecclesiam Pisanam, et, uti legitur in Codice apud Ughellium in *Italia Sacra tom. 3. pag. 377.*, consecrationi adjuutores et consecratores interfuerunt quamplurimi Episcopi.

Gelasii II.

§. 7. A Calixto II. facta fuit Ecclesiæ consecratio, de qua *tom. 4. Gallicæ Christianæ pag. 794. editionis anni 1656.*, et Pontifex consecravit *Altare Dominicum*, id est *Majus*, aliique tres Episcopi Ecclesiæ consecrationem perfecerunt: *Tunc Pontificis ipsius jussu Ecclesiam dedicarunt.*

Calixti II.

§. 8. Alia plura cumulari possunt exempla; sed iis omissis, sufficere posse videtur illud Summi Pontificis Urbani VIII.; qui die 18. Novembris 1626. Basilicam Vaticanam consecravit. De hoc solemnî Ritu loquuntur Bonanni *tom. 2. Numismatum Romanorum Pontificum pag. 574.*, Paullus Alaleon Cæremoniarum Magister in *Diario*, ac Liber Turnarius Capituli S. Petri; qui in Archivo Basilicæ diligenter servatur. Omnium tamen accuratissimam historiam exhibet Diarium Vaticanum a Sacerdote Francisco Speroni Romano ejusdem Basilicæ Mansionario, concinnatum, quod inter manuscripta celebris Bibliothecæ; quam Cardinalis Rhenatus Imperialis in publicam Eruditorum instituit utilitatem, numeratur. Ita verò in hujusce Diarii *pag. 353.* rei series attextitur. Summus Pontifex Porticus Ecclesiæ benedictionem

Urbani VIII. in dedicatione Basilicæ Vaticanæ.

exorsus, sex Cardinalibus Episcopali characterē insignitis, nimirum Giunasio, Peretto, Madruzio, Sabellio, Lanti, ac Leni demandavit, ut extimos Templi parietes circumirent, ac illis benedicerent; quod in ea, quæ cuique obtigerat, Melis parte peractum est. Pari methodo, ut legimus *pagi* 359., interioribus Ecclesiæ muris collata benedictio; unam siquidem Templi partem ipsemet Pontifex dicendam suscepit; aliam verò sex ipsdem Cardinalibus perficiendam reliquit. Ab Altaris consecratione Urbanus abstinuit; jam enim, ut in Alaleonis Diario, et Basilicæ Vaticanæ adnotatur; Clemens VIII. Urbani Prædecessor Aram maximam Vaticani Templi consecraverat:

Moralium  
Theolo-  
gorum  
consensus  
æccedit.

§. 9. Quodque notatu dignum est, apud Scriptores Moralium Theologiæ adeo certa est Ecclesiarum dedicatio plurium Episcoporum ministerio obeunda, ut nullam de ea instituunt disputationem; sed ea supposita et admissa, ad alias quæstiones progrediantur. Quærent hi apud Henriquez *de Indulgentiis* *cap. 32. §. 1.*; an Episcopi, qui ad unum idemque dedicationis opus perficiendum conveniunt, Indulgentiam dispensare possint majorem, et potiore[m] ea, quam unus Episcopus consecrationis Minister conferre solet, anni scilicet unius, iis, qui consecrationis die, aut dierum quadraginta, iis, qui anniversario dedicationis die recurrente, Ecclesiam visitaverint, *ex cap. Cum ex eo, §. Ad hæc, de pœnitentiis et remissionibus, et cap. Ad hæc, eod. tit. in sexto.* Porrò hæc Theologorum disquisitio consecrationem Ecclesiarum plurium Episcoporum operè peragi posse, non tam affirmat, quàm præsupponit: uti bene observat Pasqualig. *de Sacrificio novæ legis quæst. 514. numer. 3.*, ubi propositâ quæstione, an possit Ecclesia consecrari a pluribus Episcopis, retentaque affirmante opinione, hæc habet: *Secunda sententia assertit, posse consecrari a pluribus Episcopis simul concurrentibus ad consecrationem. Ita supponunt potius, quam disputant, plures*

*Doctores, dum quærent, an quando plures Episcopi consecrant Ecclesiam, possint singuli concedere illum annum Indulgentiæ, quam potest concedere, quando unus tantum consecrat:*

§. 10. Non ab uno ergo tantum, sed a pluribus Episcopis ejusdem Ecclesiæ dedicatio fieri potest. Sed, cum adhuc examinandum supersit, ut in hypothesis, in qua a pluribus Episcopis ejusdem Ecclesiæ fiat dedicatio, alter ex eis solus duodecim juxta morem Cruces benedicere et ungere debeat, vel hoc ministerium inter eosdem dividi possit, ita ut decem ex. gr. Cruces ab uno consecrari possint, et reliquæ duæ ab altero, quemadmodum a Nobis factum est in consecratione Ecclesiæ Sancti Appollinaris, in qua decem Cruces a Cardinali Episcopo Communi ministro, et reliquæ duæ a Nobis ipsis consecratae sunt, aliâ subdimus exempla, quæ suadent, licitè fieri posse quicquid a Nobis factum, et modo expositum est.

Munus benedici-  
cendi ;  
ungendi-  
que Cru-  
ces, inter  
plures  
Episcopos  
consecran-  
tes partiri  
fas est.

§. 11. Urbanus Papa II. sæculo undecimo Urbanus II.  
Ecclesiam Majorem consecravit Monasterii Tu- exemplum  
ronensis. Sacri Ritus historiam describit An- in id af-  
onymus apud Patrem Mabillonium tom. 5. suo fertur.  
*rum Annalium pag. 364. Editionis Parisiensis*  
*anno 1713. Ea verò sic habet Rodolphus Tu-*  
*ronensis Archiepiscopus, Urbani jussu, Sancto-*  
*rum Reliquias, quæ ad Ecclesiam translatae*  
*fuerant, sub Altari collocavit. Ita textus Ano-*  
*nymi : A Rodolpho Turonium Archiepiscopo,*  
*sub Dominico Altari, jubente Papa (Reliquiæ)*  
*fuerunt collocatae. Eodem die Summus Pontifex*  
*unà cum Rangerio Rhegiensi Archiepisc. Com-*  
*ministro, Græcum ac Latinum Alphabetum*  
*conscripsit, Cruces intinxit, ac postremo Ara-*  
*dicavit. Qua die idem (Pontifex) ita prosequi-*  
*tur Anonymus, cum Rangerio Archiepiscopo*  
*Rhegiensi duplex Alphabetum Græcum et Lati-*  
*num in Basilica descripsit, et ipsius Basilicæ*  
*parietibus Crucis signum ex oleo imposuit, atque*  
*Altare Crucifixi sacravit. Si ergo Pontifex unà*  
*cum Archiepiscopo Alphabetum exaravit, si*

Cruces inunxit; oportet fateamur, aliquas Alphabeti Litteras, atque e Crucibus nonnullas, ipsius Archiepiscopi manu fuisse obsignatas. Ita namque ipsa textus docet Littera; ita historica suadet narratio, quæ Sacros Ritus a Pontifice, atque Episcopo conjunctim peractos, ab iis segregat, quos Pontifex, nullo in Commistrum adhibito, solus perfecit. Hi vetò sic ab Anonymo explicantur: *Denique Pontifex ipse Dominicum Altare; in quo ineffabile Corporis Christi Sacramentum cum multis Sanctorum Reliquiis collocatum est, ipsamque Basilicam consecravit in honorem Sanctæ Crucis, ac Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ.*

Alterum  
Urbani  
III.

§. 12. Urbanus Papa III. in districtu Veronensi Ecclesiam dedicavit Sancti Juliani de Lepia, seu Lepida. Duo Altaria in ea dedicatione consecrata fuerunt: unum in Cappella subterranea Sanctæ Mariæ; aliud in Ecclesia superiore Sancti Juliani. Inter Pontificem, et alios duos Episcopos Commistros ministeriâ divisa sunt, et Episcopi Cruces benedixerunt et unxerunt: cumque id alio modo peragi non potuerit, nisi alter ex Episcopis aliquas Cruces, et alter alias benedixerit; si enim alter Crucem unxisset, et alius verba benedictionis protulisset, vel alter benedixisset et unxisset eandem Crucem, quam alius benedixerat, et unxerat; res undequaque absurda, et ritibus Ecclesiæ adversa fuisset. Exemplum hoc satis aptum esse videtur rei, de qua nunc agitur, et ut ostendatur, novum non esse; ut in dedicatione Ecclesiæ, quæ fiat a pluribus Episcopis, ministerium etiam benedictionis et consecrationis Crucum inter eos modo prædicto dividatur.

Monumentum  
dedicationis  
Ecclesiæ S. Juliani  
ab Urbano  
III. peractæ.

§. 13. Ughellius tom. 5. *Italia Sacra* pag. 808. Instrumentum exhibet dedicationis memoratæ Ecclesiæ Sancti Juliani. En ejus verba: *D. Jonathas Concordiensis Episcopus; et D. Aldemarinus Xantonensis Episcopus.... intraverunt in superscriptam Ecclesiam, et fecerunt aquam benedictam cum sale, cinere, et vino, et sanctificave-*

runt *Altaria B. Mariæ Virginis, et S. Juliani Martyris cum aqua benedicta, et iverunt de intus per circuitum suprascriptæ Ecclesiæ tribus vicibus, et fecerunt fieri quadrivium in prædicta Ecclesia cum cinere, et scripserunt litteras in quadrivio de cinere, et unxerunt pedes prædictorum Altarium, et mensas cum oleo exorcizato, et Chrismate, et fecerunt duodecim Cruces deintus per circuitum istius Ecclesiæ. Describitur deinde delatio SS. Reliquiarum in Ecclesiam, et postremo hæc adduntur: Hoc facto, D. Papa consecravit, et confirmavit propriis manibus Altare Sanctæ Mariæ, quod est intus Truina, cum Chrismate, et collocavit de Reliquiis prædictis in Altari, et confirmavit mensas altarium cum oleo et Chrismate, et fecit ardere quinque grana Incensi super illam mensam, et præcepit Episcopo Concordiensi, ut collocaret Reliquias S. Juliani cum aliis Reliquiis in Altare, quod est foris, et consecraret illud in honorem Sancti Juliani, qui statim fecit præceptum Domini Apostolici, Hicque per transennam adnotare fas sit, Truinæ nomen, cujus Du Cangius non meminit in suo Glossario, significare inferiorem Cappellam ad Sepulchra Sanctorum: in supra citato quippe Instrumento Altare S. Juliani, quod erat Foris, contraponitur Altari S. Mariæ intus in Truina. Interpretationem confirmat inscriptio ad sepulchrum SS. Benigni, et Chari in Agro Veronensi, quam exhibet Ughellius tom. 5. pag. 864. B. anno Domini 1314. Indic. 12. de Mense Maii... inceptum fuit opus hujus Truinæ, et eodem anno perfectum, et de mense Novembris Ven. Pater D. Fr. Theobaldus Dei gratia Episcopus Veronensis diligenter reposuit Reliquias, seu Corpora SS. Benigni, et Chari etc. Derivatur forte a Trua, quæ, apud Varronem, subterraneum meatum, seu cuniculum significat ad exonerandas aquas; ex qua, Truina subterraneum specus, Nascondiglio. Hinc in Vita Sancti Cæsarii Arelatensis truere, pro abscondi, legitur lib. 1. num. 26. At ille publica voce, elevatis*

Truinæ  
nomen  
quid si-  
gnificet,  
explica-  
tur.

*oculis, et manibus in Cœlum, dixit: Domine Jesu Christe, ne in locum ultra Apri accessum habeant; et eadem hora usque in præsentem diem nunquam ibi truerunt: id est absconditi sunt; quamquam Mabillonius interpretetur: destruxerunt: et ejus socii Maurini Patres, inventi sunt, a Pruir antiquo Gallico invenire.*

**Morales Theologi** §. 14. Qui dedicationis materiam tractant pari ferè methodo Ecclesiarum consecrationem, atque sacramentorum naturam explicant; esto non nisi in latiori quadam significatione Ecclesiarum dedicatio Sacramentis adnumeretur; quatenus scilicet aut Cœlestis Templi, aut animæ, quam gratia sanctificat, signum est mysticum. Itaque docent, Sacrum Chrisma, quo Cruces inunguntur, consecrationis materiam esse; formam verò constituunt in hisce verbis, quæ in ipsa Chrismatis unctione proferuntur: *sanctificetur, et consecretur hoc Templum in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*; nec diffitentur, Ecclesiæ consecrationem ab Archiepiscopo unà cum Suffraganeis perfici posse; modo unus, idemque sit Archiepiscopus, qui et Cruces inungit, et formam pronunciat. Consulendus Clericatus de *Sacrificio Missæ decision. 41. num. 24. et seq.*

**Plores Communi stri Sacramentum Extremæ Uctionis valide conferunt.** §. 15. Nolumus hîc sententiam modo propositam de materia, et forma dedicationis Ecclesiarum impugnare. Illud tantùm addimus, fieri aliquando posse, ut vel in ipsa Sacramentorum administratione, si partes subjecti ab invicem sejunctæ sint, uni parti ab uno Ministro, alteri ab altero, materia ac forma seorsim applicetur, et validus et licitus sit actus. In Ecclesia Græca Extremæ Uctionis Sacramentum a pluribus Sacerdotibus administratur, de quo plura apud Arcudium de *concordia Ecclesiæ Occidentalis, atque Orientalis lib. 5. cap. 6.*, et etiam hodie modus hic administrationis Sacramenti Extremæ Uctionis admittitur quo ad Italo-Græcos, dummodo credant, illud Sacramentum, servata debita materia et forma, ab uno Presbytero va-



hinc et licite confici, ut in Nostra Constitutione  
*Etæ Pastoralis*, la 57. §. 5. num. 3. et 4. *Bul-*  
*lari Nostri tom. I.* (†) In Ecclesia quoque Oc- (†) *Hujus*  
 cidentali hoc ipsum olim factum fuit, quemad- *Edit. vol.*  
 modum legi potest in Nostro Tractatu de Sy- *p. 352.*  
*nodo Diocesana lib. 7. cap. 19. num. 5.*, et  
 verisimile admodum est, rem tunc sic pera-  
 ctam fuisse, ut idem organum sensus non fue-  
 rit a pluribus Sacerdotibus inunctum, nec  
 unus Sacerdos materiam sensui applicaverit,  
 et alter super eo formam protulerit, sed quod  
 singuli diversos sensus unxerint, et verba  
 unctioni correspondentia effuderint, Legi pos-  
 sunt Chardon in *Historia de Sacramentis tom.*  
*4. cap. 1. de Sacramento Extremæ Uctionis*,  
 Cardinalis Gottus in *Theologia Scholastico-Do-*  
*gmatica tom. 4. in 3. part. D. Thomæ, tom. 15.*  
*Operis quæst. 3. de Ministro Extremæ Uctionis*  
*dub. 2. §. 2. num. 12.*, Benedictus de Gaetanis  
 in *Tractatu de suprema Uctione cap. 11. in fine.*  
 Favet modus hic administrationis Sacramenti  
 Extremæ Uctionis, Ecclesiarum dedicationi, in  
 qua alter ex Episcopis aliquas Cruces inungat,  
 et insimul preces proferat, et alter alias Cru-  
 ces inungat, easque inungendo, super ipsis ef-  
 fundat, proferatque preces; quemadmodum  
 bene argumentatur Pasqualig. de *Sacrificio novæ*  
*Legis quæst. 514. num. 6.* Quod si subdatur,  
 modo in Ecclesia Occidentali ab uno tantum  
 Presbytero valide et licite administrari Sacra-  
 mentum Extremæ Uctionis; id libenter admit-  
 tetur, cum sic in Ritualibus Ecclesiæ statutum  
 sit; dummodo tamen admittatur, quod legi-  
 timâ concurrente causâ, etsi Ritualia obstant,  
 nedum valide, sed etiam licite hodie in Occi-  
 dentali Sacramentum Extremæ Uctionis admi-  
 nistretur a pluribus Sacerdotibus, quorum unus  
 unum organum sensus inungat, proferatque  
 formam, alique idem præstent super aliis sen-  
 suum organis: quod satis est pro re, de qua  
 nunc agitur. Si aliquæ partes jam fuerint unctæ  
 ab uno Sacerdote, qui ob morbum deficiat,

potest alter Sacerdos unctiones reliquas prosequi; in quo, licet dividatur ministerium, adhuc validè et licitè conficitur Sacramentum. Ita expressè S. Thomas in 4, *Sentent. dist. 23. qu. 1. artic. 1. quæstiuncula 2, ad 3. Dicendum, quod, quamvis in Eucharistia, si post consecrationem Panis moriatur Sacerdos, alius Sacerdos possit ad consecrationem Vini incipere, ubi ille dimisit, vel etiam incipere a capite super aliam materiam; tamen in Extrema Unctione non potest a capite incipere, sed debet semper procedere, quia unctio bis in eadem parte facta tantum valet, ac si consecraretur bis eadem Hostia, quod nullo modo faciendum est: Ita etiam Durandus ibi quæst. 1., Petrus de Palude quæst. 2. in fine, Sotus qu. 1. a. 1. §. Aliud tamen, Suarez tom. 4. in 3. part. disput. 43. sect. 2. num. 4. et 5., asserens, esse communem sententiam; Toletus lib. 7. c. 2. n. 3., Lud. Meratius tom. 3. de Sacram. disp. 10., de Extrema Unct. sect. 1. n. 4., atque ita fieri statuissè Ecclesiam, scribit Platelius cap. 3. num. 471. tom. 7., ubi fortè nomine statuti Ecclesiæ, intelligit generalem consuetudinem. Posse etiam modo dicto dividi unctiones inter duos Sacerdotes ob instans periculum vitæ infirmi, ut sic citius ungetur, non pauci Theologi admittunt, Toletus, Meratius, Suarez n. 8. alios citans; in quo casu, Sacramentum esse validum pro certo affirmat; Quia, ait, unitas personæ ministrantis non est essentialis; negat verò extra necessitatem licitè fieri, quia contra usum Ecclesiæ. Concordat Cardinalis de Lauræa in 4. *sentent. tom. 3. disp. 11, art. 9. num. 114.*, cui Nos etiam adhæsimus in citato Tractatu de Synodo Diocesana lib. 7. cap. 19. num. 5, §. 16. At repones, fuisse olim a Congregatione Rituum resolutum, Consecrationem Ecclesiæ ab uno Episcopo inchoatam, si ex aliqua causa non perficiatur ex improvise casu, debere ab alio Episcopo denuò inchoari et perfici. Resolutio edita est in causa *Ulyssipponensi* die 12. Aprilis 1614., ex qua intulit Episcopus Pax Jordanus*

Resol-  
tionem in  
Causa  
Ulyssip-  
ponens. a  
Congrega-  
tione Ri-  
tuum edi-  
tam, non  
obstare,  
demon-  
stratur.

Jordanus tom. 1. *Lucubrat. lib. 5. tit. 9. num. 7.*, unum et solum Episcopum debere totam consecrationem perficere. Resolutio, de qua mox sermo habitus est, refertur a Barbosa in *Collect. decis. Apostolic. verb. Consecratio*. At idem Barbosa alibi, part. videlicet 2. *Juris Ecclesiastici lib. 2. cap. 2. num. 52.*, factum narrat, cujus occasione declaratio emanavit. En ejus verba : *Cum in Diocesi Ulyssipontensi quidam Suffraganeus Archiepiscopi, de ejus ordine et mandato, Ecclesiam quamdam consecrare incœperit cum omnibus Cœremoniis descriptis in Pontificali Romano, et circa medium consecrationis improviso accidenti correptus ipse Episcopus defecerit, et Ecclesiæ Consecrationem perficere non potuerit : pro parte ipsius Archiepiscopi a S. Rituum Congregatione quæsitum fuit, an ab alio Archiepiscopo Ecclesiæ prædictæ incepta Consecratio continuanda sit, vel potius de novo inchoanda? Quæ quidem S. Congregatio commisit prius hujusmodi articuli examinationem Illustrissimo D. Cardinali Bellarmino : qui in alia Congregatione sententiam suam declaravit, posse utroque modo sine scrupulo fieri, nempe, vel de novo inchoare a principio, vel ipsam cœptam continuare, et perficere : sed melius sibi videri, ut de novo ab alio Episcopo inchoaretur etc.* Et prosequitur narrando, quod sub die 12. Aprilis proposito dubio in Congregatione ordinaria, S. Congregatio censuit, iterùm totam Ecclesiam a principio consecrandam, quia credebatur Episcopus defecisse antequam ullam Crucem inungeret.

§. 17. Censuit ergo Cardinalis Bellarminus, Consecrationis partem ab Episcopo deficiente factam, posse sine scrupulo continuari cum ea, quam secundus prosequeretur Episcopus. Addidit deinde, fore melius, si Consecratio de novo ab alio Episcopo inchoaretur, prout etiam Congregatio censuit : non quia timuerint, multipliciter Ministri obfuturam valori Consecrationis, sed quia in casu proposito notabilissima intercedebat temporis interruptio ; erat

enim expectanda Congregationis responsio, quæ non nisi post aliquot menses ad Archiepiscopum Ulyssipponensem poterat pervenire. Concurrente autem notabili temporis intercapedine, partes Consecr. factæ nedum a duobus Episc., sed etiam ab uno et eodem; coalescere non possunt in unam et integram Consecrat., idque facit, ut Consecratio fieri debeat perinde ac si numquam cœpta fuisset; uti docent auctores ipsi, qui admittunt, plures Ministros, concurrente legitima causa, posse inungere infirmum Oleo infirmorum: quemadmodum videri potest apud Ludovicum Meratium tom. 3. de Sacramentis disput. 10. de Extrema Unctione num. 8., nec non concordant alii, qui admittunt, dedicationem Ecclesiarum fieri posse a pluribus Episcopis, quemadmodum legi potest apud Pasqualigum de Sacrificio novæ Legis quæst. 514. num. 9.

Cœpta pridem consecrationis partibus non possunt cum extremis, si longum intercedat temporis intervallum, in unam et integram consecrationem coalescere

§. 18. Quod si quæeratur, qua de causa, Nobis annuentibus, decem priores Cruces fuerunt in Consecratione Ecclesiæ Sancti Apollinaris benedictæ et consecratæ a Cardinale Episcopo Comministro, et ultimæ duæ a Nobis; ingenuè respondebimus, de nostrorum genum stabilitate timuisse in toties repetitò ascensu et descensu per scalas, etsi tali nunquam timore fuerimus correpti, dum in viridi ætate constituti Ecclesias in Diœcesi et Civitate Bononiensi consecravimus, quas semper soli peregrimus. Sed quæ in una ætate fiunt, in alia fieri non possunt. En tibi, Dilecte Fili, tota rei series, postquam tibi tuisque Confratribus Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majori die 16. Novembris 1748. Pontificatus Nostri Anno Nono, 1748. Pontif. an. IX.

## LETTERA CIRCOLARE

Della Sagra Congregazione della Disciplina, diretta a' Superiori Regolari d'Italia, e dell' Isole Adjacenti, sopra il dubbio; se li Confessori Regolari, non Curati, siano obbligati ad intervenire alla Conferenza dei Casi Morali, ordinata dalli Vescovi nelle loro Diocesi?

*ALTRE* volte è stata esaminata nelle Sagre Occasioni Congregazioni l' Istanza di alcuni Vescovi, di alla dis-puta. potere astringere i Confessori Regolari, non Curati, a dovere intervenire nella Conferenza de' Casi Morali, da detti Vescovi in certi giorni della Settimana destinati; e varie furono le Risoluzioni, secondo la diversità de i Casi, i quali nelle medesime furono proposti. Essendosi poi conosciuto il pregiudizio, che recava all' Osservanza della Disciplina Regolare il dovere assistere alla detta Conferenza in quel tempo, in cui dovevano i Regolari adempire i di loro Officj Claustrali, e l' abuso, che si era introdotto tra i Confessori sudetti, i quali col pretesto di dovere assistere alla detta Conferenza, non volevano indi intervenire all' altra stabilita dalla sa.me. di Clemente VIII., e dalle loro Costituzioni dentro i Chiostri; per potersi in tanto dare l' opportuno rimedio a questi inconvenienti, molti Procuratori Generali, specialmente quello de i Minori Conventuali, hanno stimato cosa necessaria il dover far ricorso in questa S. C. della Disciplina, per poterne sentire la finale risoluzione, colla quale si potessero in avvenire togliere tutti i contrasti. Riferitasi perciò questa Causa in essa S. C. dall' Eminentissimo Signor Cardinal Gua-

una expectanda Congregationis responsio, quae  
 vixit post aliquot menses ad Archiepiscopum  
 non potuerat pervenire. Concurrente  
 enim notabili temporis intercapedine, partes  
 Consecr. factae veluti a duobus Episc., sed etiam  
 ab uno et eodem, coalescere non possunt in  
 unam et integram Consecrat., idque facit, ut  
 Consecratio fieri debeat perinde ac si nunquam  
 facta fuisset: uti docent auctores ipsi, qui  
 admittunt plures Ministros, concurrente legitime  
 potest. potestatem inferre infirmum Oleo infirmo  
 unctio: quomodo videri potest apud Lado  
 vicum Heribonum tom. 3. de Sacramentis disput.  
 11. in *Extrema Unctione* num. 8., nec non con  
 stantius auctoritate, qui admittunt, dedicationem E  
 cclesiae fieri posse a pluribus Episcopis, quon  
 iam auctoritate legit. potest apud Pasqualigum de S.  
 acris *libro* *Legis quest.* 514. num. 9.  
 Quod si quaeratur, qua de causa, No  
 bis honoratibus, decem priores Cruces fuerunt  
 in Consecratione Ecclesiae Sancti Apollinaris  
 ministratae et consecratae a Cardinale Episcopo  
 Cameracensi, et ultimae duae a Nobis; ingen  
 tibus, de nostrorum genuum statu  
 tate tunc in toties repetito ascensu et  
 descensu per scalas, etsi tali nunquam timore  
 vixit correpti, deam in viridi aetate con  
 secrationis in Diocesi et Civitate Bononiensi  
 consecravimus, quas semper soli peregrini  
 qui in una aetate sunt, in alia fieri  
 vident. En tibi, Dilecte Fili, tota rei sum  
 quam tibi tuisque Confratribus Apostolice  
 sollicitudinem impartimur.

Dat. 16. Idibus Romae apud Sanctam Mariam  
 Novemb. m. die 16. Novembris 1748. Pontificatus  
 Nostri Anno Nono.  
 1748.

Or-  
 suffi-  
 cioli  
 lari  
 fes-  
 che  
 guiti,  
 e le  
 wono  
 a dei  
 Con-  
 ti, ed  
 assi-  
 i sta  
 ti Su-  
 nella  
 effetto  
 XIII;  
 dini; le  
 lla Le-  
 come un  
 Regolare  
 trasmet-  
 Conventi,  
 olte l'An-  
 registrarla  
 allegare  
 essere così,  
 ostro Signore,  
 msignor Segre-  
 tenuto nella pre-  
 degnato di ap-  
 tata dalla nostra  
 Novembre 1752.

ni Prefetto.

di Tebe Segretario.

dagni Prefetto della medesima sotto il seguente Dubbio :

Dubbio Se li Confessori Regolari, non Curati, siano, proposto o non, obbligati ad intervenire alle Conferenze in Con- de i Casi di Coscienza da i Vescovi nelle di gregazio- loro Chiese Secolari stabilite? ne della Disciplina

Regolare. §. 2. Et essendosi, prima di dare la risposta al Dubbio suddetto, considerato, che questa materia era stata già magistralmente esaminata, e risolta a favore delli Regolari nella S. C. del Concilio, nel tempo, in cui la Santità di Nostro Signore PP. BENEDETTO XIV. era Segretario della medesima, in una Causa d' Acquapendente  $\square$  *Visitationis Sacrorum Liminum* 12. Martii 1718., inserita nella Notificazione 15.  $\square$  al §. De i Confessori Regolari, nel tom. 5. delle Notificazioni, et Editti della Santità Sua, quando era Arcivescovo, di Bologna. Fu di commun consenso risposto al Dubbio suddetto nel dì 29. Maggio del corrente Anno 1752.

Risolu- Negativè, et dentur Decreta aliàs in re hac zione del emanata. Scilicet, a S. C. Concilii in una Aquipendii *Visitationis Sacrorum Liminum* 12. Martii 1818. et in Forosempronien. 12. Maii 1685. Riferita nel Foglio della citata Causa d' Acquapendente, Et ex S. C. super statu Regularium, in una Maceraten. 15. Januarii 1682. Quali tutte si danno per extensum nel fine della presente Lettera.

Provve- §. 3. Passò poi essa S. C. nel dare l' opportuno dimenti Provedimento sopra l' abuso introdotto in alcuni per far te- Conventi, ne i quali o per negligenza, o per nere ai Re ignoranza de i Decreti suddetti, non vi si tiene golari la la lezione della Morale, nè vi si fanno le Con- lezione ferenze de i Casi giusta il Decreto di Clemente di Morale. VIII., e delle di loro Costituzioni Regolari, con e per far ordinare, siccome colla presente ordina a tutti i loro os- Superiori Regolari d' Italia, e delle Isole adja- servare il Superi Decreti di Clemente VIII., e delle di loro Co- stituzioni circa la Lezione della Morale, e la Decreti di Clem. VIII. Conferenza de i Casi di Coscienza, da farsi im-



*preteribilmente in tutti i Conventi del di loro Ordine; tanto in quelli, nelli quali vi è la sufficiente Famiglia di Religiosi, quanto ne i piccioli Conventi, dove però vi sono Confessori Regolari approvati da i Vescovi per ascoltare le Confessioni dei Secolari. E coll' espressa condizione, che qual' ora dentro i Chiostri non venissero eseguiti ad unguem i Decreti di Clemente VIII., e le Costituzioni del loro Ordine; le quali prescrivono la Lezione della Morale, e ia Conferenza dei Casi di Coscienza, da farsi dentro i loro Conventi; e Monasterj; in detto caso siano tenuti, ed obbligati i Confessori suddetti Regolari d' assistere, et intervenire alla Conferenza dei Casi stabilita dai Vescovi: S' incarica intanto a' detti Superiori Regolari, di fare eseguire quanto nella presente Lettera si contiene, acciò con effetto restassero adempiti i Decreti di Clemente VIII., e le Costituzioni dei loro rispettivi Ordini; le quali hanno prescritta, e stabilita la detta Lezione di Morale, e Conferenza di Casi, come un Punto principale dell' osservanza della Regolare disciplina dentro i Chiostri: E di dover trasmettere la presente Lettera in tutti i loro Conventi, e Monasteri; con farla ivi leggere due volte l' Anno; tenerla affissa nel luogo solito; e registrarla nelle loro Segretarie; acciò non si possa allegare causa d' ignoranza in contrario: Per essere così, e non altrimenti, l' intenzione di Nostro Signore, a cui essendo stata fatta da Monsignor Segretario la Relazione di tutto il contenuto nella presente Lettera, si è benignamente degnato di approvarlo, e di confermarlo. Data dalla nostra solita Residenza questo dì 8. Novembre 1752.*

F. G. A. Card. Guadagni Prefetto.

F. Solazzi Arcivescovo di Tebe Segretario.

e

## DECRETUM

## SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII

In una Aquipendii Visitationis Sacrorum  
Liminum editum 12. Martii 1718.

Decret.  
S. Con-  
gregat.  
Conc., de  
quo su-  
pra.

**I**N relatione Status Ecclesie, de more ab Episcopo Aquipendii ad hanc Sacram Congregationem transmissa, legitur, ab eodem institutas fuisse in sua Diocesi Conferentias, sive Congregationes pro discutiendis Casibus Conscientie, quæ singulo quoque Mense coguntur, cuique diligentissime interveniunt omnes Parochi, et Sacerdotes, quibus fidelium Sacramentales Confessiones commissæ sunt, et reliquis Ecclesiasticorum Cætus.

In eadem Relatione habetur, quatuor esse Conventus Regularium in Civitate Aquipendii, Augustinianorum videlicet, Minorum Conventualium, Capuccinorum, et PP. Minorum Observantie, et Religiosos in iisdem degentes sæpe sæpius non esse in numero a Sanctionibus Apostolicis præscripto.

Rursus in citata legitur Relatione, alios quinque esse Religiosorum Conventus in Diocesi, duos PP. Minorum Observantie, alterum in Terra Canini, alterum in Terra Farnesii, ubi pariter extitit Conventus Capucinarum: quartus Conventus est ille Servorum Beatæ Mariæ Virginis, qui est in Terra Ischia; et postremus est Conventus Carmelitarum in Oppido Cellularum, qui est Episcopali Visitationi subjectus.

Tandem in Relatione, aliis prætermisissis dubiis, quæ specialem non merentur discussionem, proponit Episcopus, an, Regularibus, qui suorum Subditorum Confessiones audire cupiunt, liberum sibi sit et licitum, conditionem in concedendis facultatibus injungere, interessendi vide-

*licet menstruis Disceptationibus, et Congregationibus Casuum Conscientiæ?*

*Pro parte affirmativa ponderari posse videtur, id non esse novum: claræ etenim mem. Cardi. de Luca in adnotationibus ad Concilium Tridentinum discours. 2. num. 12 dixit, id futurum esse maximopere proficuum, tum, ut Episcopus perspectus habeat opiniones omnium suorum Confessariorum, tum, ut, quantum possibile est, uniformis sit Confessariorum doctrina in materia morum, et signanter Contractuum, in qua sæpè sæpiùs Theologi dissident a Theologis, et a Canonistis: quibus addi posset, Collationem hanc omnium Confessariorum, tam Sæcularium, quam Regularium, futuram esse non inutilitèr pro animorum unionè; juxta ea, quæ habentur in actis Ecclesiæ Mediolanensis tomo 1. par. 4. in Instruct. Confess. pag. 647. Ideo Regularium Superiores Confessarios suos sæpiùs moneant, et ad hanc animorum unionem in Fidelium ædificationem adhortentur, curentque in primis, ut dum in Casuum resolutione, diversa inter eos, et Parochos sententiâ fuerit, prudenter in eos se gerant, et ad Laicorum notitiam id non veniat, sed ad Nos pro Decisione recurrant.*

*Negativæ e contra favent opinioni ea, quæ sequuntur, Primò, quod Episcopus Confessariorum Regularium Doctrinam perspectam habere potest in examine, quod illorum approbationem præcedit, ad terminos Sacri Concilii Trident. sess. 23. cap. 15. de Reformat. Secundò, quod in Decretis pro Reformatione Regularium editis a Clemente Octavo præscribitur, quod in singulis Monasteriis, et Conventibus bis in hebdomada habeatur lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum Conscientiæ, ad quam Fratres omnes convenire tenentur: Tertiò, quod hic in Urbe, in decem et septem Conventibus fiunt Congregationes Casuum Conscientiæ, illisque interveniunt Parochi tantummodo, et Confessarii ex Clero Sæculari, non verò Regulares, in quorum Conventibus prædictæ casuum lectiones habentur; Quartò tandem,*

*quod ab hac Sacra Congregatione die 12. Maii 1685., uti habetur lib. Decretorum 35. fol. 238., prodiit hæc resolutio in quadam Causa Forosempronien. Accessus ad Congregationem Casuum Conscientiæ.*

Episcopus exponit, in Civitate Forosempronien. duo adesse Regularium Cœnobia, unum scilicet Minorum Conventualium S. Francisci, alterum verò Barnabitarum, quæ propter exiguum Religiosorum numerum inibi degentium, subjecta sunt jurisdictioni Ordinarii ex Decreto San. mem. Innocentii X. incipien., *Ut in parvis*, et licet dicti Religiosi hujusmodi subjectionem agnoscant, atque patiantur, qui tamen ex eis Sæcularium Confessiones, eodem Ordinario approbante, excipiunt, ad Congregationem Casuum Conscientiæ, quæ singulis Mensibus habetur, cuique Confessarii omnes intersunt, accedere renuunt; quo circa petit declarari, an prædictos Confessarios Regulares cogere possit ad interessendum præfatæ Congregationi Casuum Conscientiæ? Sacra Congr. etc. Respondit: *Negative.*

*His positis, onus erit E.E. VV. decernere:*

An in casu, de quo agitur, permissum esse valeat Episcopo concedenti Sacerdotibus Regularibus facultatem audiendi Confessiones Sæcularium, injungere, ut intersint Congregationibus Casuum Conscientiæ?

*Negative: et detur decretum in Forosempronien. 12. Maii 1685.*



## DECRETUM

## SACRÆ CONGREGATIONIS

Super Statu Regularium in una Maceraten. 15.  
Januar. 1682. editum.

**C**UM Conventus suppressi, et postea restituti, in quibus non degunt de Familia duodecim Religiosi, sint vigore Decreti: Ut in parvis fel. rec. Innocentii X. subjecti Visitationi, correctioni, et omnimodæ Jurisdictioni Ordinariorum Locorum, contigit dubitari, an Religiosi Confessores, et non Parochi, in hujusmodi Conventibus degentes, compelli possint ab eisdem Ordinariis, ut accedant ad Conferentiam Casuum Conscientiæ?

Alterum  
S. Congregationis  
super statu  
Regularium.

Proposito hoc Dubio in Sac. Congregatione super Statu Regularium habita in Palatio Vaticano die 15. Januarii 1682., Eminentissimi PP. censuerunt, Ordinarios Locorum posse quidem hortari, non autem compellere prædictos Religiosos Confessores, non Parochos, ad accedendum ad Conferentiam Casuum Conscientiæ.



**DECRETUM**  
**SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI**  
**BENEDICTI PAPÆ XIV.**

IN CAUSA

POLONA, SEU LUCEORIEN.

*Beatificationis, seu declarationis Martyrii Ven.  
 Servi Dei ANDRÆE BOBOLA Sacerdotis Pro-  
 fessi Societatis Jesu.*

**Dubium** **P**ROPOSITA in Congregatione Generali Sacrorum  
 primò in Rituum coram Nobis habita die 13. Maii 1749.  
 Congre- Causa Beatificationis, seu Declarationis Martyrii  
 gatione Ven, Servi Dei Andreæ Bobola Sacerdotis Pro-  
 Rituum fessi Societatis Jesu, disputatoque dubio sequen-  
 proposi- tibus verbis concepto *¶ An constet de Marty-*  
 tum. *rio, et causa Martyrii, nec non de Signis, seu*  
*Miraculis, in casu, et ad effectum etc. ¶ se-*  
 quens a Nobis editum fuit responsum die 22.  
 ejusdem mensis, et anni: *Non constare vide-*  
 licet *de Martyrio, et causa Martyrii, per proba-*  
**Ejusdem** *tiones directas, per Testes videlicet de visu con-*  
 resolutio. *testes idoneos, et aptos; juxta Congregationis*  
*praxim, et Sedis Apostolicæ institutum. Sed in-*  
 simul Postulatoribus concessum est, ut in alia  
 Generali Congregatione dubium supradictum  
 iterum proponere possent, et Causam, in eo  
 quod attinet ad Martyrium, et causam Martyrii,  
 prosequi per viam subsidiariæ probationis in  
 suo genere perfectæ et in eodem supradicto re-  
 sponso nonnulla alia addita fuerunt, quæ fue-  
 rant a Postulatoribus ommissa, et quæ deman-  
 datum fuit, ut ab iisdem supplerentur.

§. 2. Ad prædicti responsi tramites, dere Iteratum  
 licta a Postulatoribus via directa probationis, ejusdem  
 aliaque inita subsidiariæ probationis super Mar- dubii exa-  
 tyrio, et causa Martyrii; cæterisque adamussim men ex  
 adimpletis, quæ adimplenda in supradicto re præscri-  
 sponso præscripseramus; cùm in alia Congre- pta me-  
 gatione Generali Sacrorum Rïtuum coram No- thodo  
 his habita die 26. Novembris 1754. ab ipsi bandi  
 fuerit iterùm proposita Causa Beatificationis, marty-  
 seu Declarationis Martyrii Ven. Servi Dei Andreæ rium et  
 Bobola Sacerdotis Professi Societatis Jesu, et causam  
 iteratò fuerit disputatum dubium ¶ *An constet Martyrii*  
*de Martyrio, et causa Martyrii, nec non de Si- per viam*  
*gnis, et Miraculis in causa etc.* ¶ etsi ante ac- subsidia-  
 cessum ad Congregationem tum Scripturæ Pa- riationis.  
 stulorum, tum Animadversiones Fidei Pro-  
 motoris, tum etiam Consultorum omnium  
 suffragia, Nobis juxta morem scripto exhibita,  
 a Nobis diligenter perlecta fuissent, et singula  
 rationum momenta a Procuratoribus, et Advoca-  
 tatis viva quoque voce coram Nobis exposita  
 propriis auribus excepissemus, et Congregationi  
 deinde dicta die interessentes, omnia et sin-  
 gula, quæ a Venerabilibus Fratribus Nostris  
 Cardinalibus prædictæ Congregationi addictis  
 deducta sunt, audivissemus; a Nostra tamen  
 promenda sententia tunc abstinuimus, et in-  
 teressentes rogavimus, ut suis precibus a Patre  
 luminum humiliter peterent, ut Nobis præsto  
 esse, mentemque Nostram illustrare dignaretur,  
 antequam super proposito dubio responsum a  
 Nobis ederetur.

§. 3. Post hæc, aliarum precibus Nostras Decretum  
 quoque conjunximus; resumptoque negotio, et  
 omnibus iterùm maturè perpensis, habitaque  
 potissimum ratione tercentum ferè Testium in  
 Processibus tum Ordinariis, tum Apostolicis  
 juridicè examinatorum, qui de Martyrio, cau-  
 saque Martyrii, et perseverantia finali, etsi uno,  
 aut altero exceptis, qui sunt de visu, de auditu  
 deponentes, moralem constituunt certitudinem,  
 quæ, si non impossibile, imprudens tamen red-  
 deret judicium de opposito; inhærentes etiam

suffragiis Consultorum, et Cardinalium Congregationi Sac. Rituum adscriptorum, qui in mox exponendam, in sufficienti, juxta morem ejusdem Congregationis, numero, sententiam devenerant, Divino iterum in Sacrosancto Missæ Sacrificio ferventissimè implorato præsidio, Decretum edimus, quod Secretario Congregationis propriis manibus consignamus, in quo statui-  
mus, et declaramus, Martyrium, et causam Martyrii Ven. Servi Dei Andræ Bobola Sacerdotis Professi Societatis Jesu ita probari, ut tutò procedi possit ad ulteriora, nimirum ad discussionem, et approbationem quatuor Miraculorum, juxta formam Decreti Generalis die 23. Aprilis 1741. enunciati in supra memorato responso Nostro edito die 22. Maii 1749.

Dat. die Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die  
9. Febr. 9. Februarii 1755. Pontificatus Nostri Anno  
1755. Pon- Decimoquinto.  
tif. XV.

*D. F. Card. Tamburinus Præf.*

Loco ✕ Sigilli.

*M. Marefuscus S. R. C. Secr.*







**EPISTOLA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
BENEDICTI PAPÆ XIV. ad Reverendis-  
simum Dominum Vincentium Card. Malvetium Bononiensem Archiepiscopum, de S. Philocali Martyris Corpore.**

*Dilecto Filio Nostro Cardinali Vincentio  
Malvetio Bononiæ Archiepiscopo.*

**BENEDICTUS PAPA XIV.**

*Dilecte Fili Noster, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**S**OROR Imelda de Lambertinis Monialis Pro-  
fessa in isto S. Mariæ Novæ Monasterio, utpote  
Filia Nostri quondam Fratris Joannis Lamber-  
tini Senatoris, Nostra etiam Neptis est secun-  
dum carnem ut Pontificio dicendi genere utamur.  
Ea cum a Nobis, ex religioso animi studio  
postulasset, ut alicujus Sancti Corpore in interio-  
ri Monasterii sui Ecclesia collocando donaretur,  
haudquaquam respondimus perinde, ut duo ex Præde-  
cessoribus Nostris Gregorius IV., et Clemens itidem IV.  
responderunt, se videlicet non habere, unde piis hujusmodi precibus  
satisfacerent. Tunc enim Romæ non omnia sacra  
Cœmeteria fuerant detecta, quæ deinceps alia aliis  
temporibus detecta sunt; quemadmodum Ipsi Nos post  
celeberrimum Virum Joannem Mabillonium animadvertimus  
in Nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2.  
cap. 27. num. 11. et 12. Sed cum feliciter accidisset,  
ut nonnullæ apud Custodes haberentur insignes Reliquiæ,  
nonnullaque Sanctorum Corpora ex Cœmeteriis, sen Catacumbis prædictis  
eruta, unum selegimus quod in Urna sacra

Uno Bononiam

LETTERA DELLA SANTITÀ' DI NOSTRO  
SIGNORE BENEDETTO PAPA XIV. al  
Signor Cardinal Vincenzo Malvezzi Arcive-  
scovo di Belogna, sopra il Corpo di San  
Filoçalo Martire.

*Dilecto Filio Nostro Cardinali Vincentio .  
Malvetio Bononiæ Archiepiscopo.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili Noster, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**L**A Madre Suor Imelda Lambertini Monaca Pio des-  
Professa in codesto Monastero di Santa Maria derio di  
Nuova, come figlia del fu Senatore Giovanni Suor  
Lambertini Nostro Fratello, e Nostra Nipote Imelda  
*secundum carnem*, usando il linguaggio Pontificio. Lamber-  
Avendoci essa fatta una diveta premura per avere tini di ot-  
un Corpo Santo da collocare nella Chiesa in tenere un  
teriore del suo Monastero, non le abbiamo Corpo  
risposto, come risposero i due Nostri Predeces- Santo; af-  
sori Gregorio IV., e Clemente IV., che non fin di si-  
avevano il modo di compiacere simili richieste: tuarlo  
imperocchè nel tempo loro non erano scoperti nella in-  
tutti i Sacri Cimiterj, o siano Catacombe, terior  
che dipoi si sono andate scoprendo; come dopo Chiesa del  
il celebre Padre Mabillon, è stato da Noi suo Mona-  
osservato nella Nostra Opera *de Canonizatione stero.*  
*Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 11. et*  
*12.* Ma essendosi per buona sorte ritrovate ap-  
presso i Custodi alcune insigni Reliquie, ed  
alcuni Corpi estratti dai Luoghi predetti, ne  
abbiamo scelto uno, che abbiamo fatto rin-  
chiudere in una Sacra Urna, che mandiamo ben  
custodita a Bologna, acciò sia decentemente

transmis-  
sionadCard.  
Archiepi-  
scopum,  
eisdem pro  
eo colle-  
canda cura  
deman-  
datur.

sigillis clausa honorificè, ut par est, reconditum, et non sine multa diligentia custoditum, Bononiam transmitti jussimus, ut in prædicta Ecclesia decenter reponeretur; quam quidem Urnam ad hunc finem in tuas manus prius deferendam curavimus, ut tu eam postquam receperis, ad præfatum Monasterium mittas cum debita veneratione; simulque præesse velis, quando eadem in loco sibi destinato collocabitur. Cultus enim sacrarum Reliquiarum una est ex Pastoralibus curis, quas Sacra Tridentina Synodus Episcoporum solertiæ vult esse commendatas. Cum tu cætera Pastoralis officii munera diligentissimè adimpleas, id quod Nobis est maximæ causa lætitiæ, non dubitamus, quin idem facturus sis in hac quoque re, quam nunc tuæ sedulitati committimus. Ut autem ea, quæ de hoc Sancto Corpore sciri potuerunt, omnia comperta habeas, ne tibi grave sit legendo percurrere, quas contigit Nobis in hoc argumento sive conjecturis, sive librorum studio notitias coadunare.

Cœmete-  
rium, ex  
quo illud  
eratum  
fuit.

§. 2. Sanctum Corpus, quod isthuc transmittimus, eratum fuit ex antiquo Pontiani Cœmeterio foris Portuensem Portam quingentis circiter passibus procul ab Urbe, quod alio nomine appellatur nunc Cœmeterium *SS. Abdon, et Sennen*, nunc verò etiam *ad Ursum Pileatum* propter quamdam Ursi Statuam ibidem olim erectam. De hujus porrò Cœmeterii sive antiquitate, sive religioso cultu, agunt satis superque tum celebris vir Paulus Aringhius in *sua Roma subterranea Tom. 1. lib. 2. cap. 19.*, tum diligentissimus Canonicus Marcus Antonius Boldettus in suo Opere, cui titulus: *Osservazioni sopra i Cimiterj de' SS. Martiri, e d'altri Antichi Cristiani, Tom. 2. pag. 540.* Cum autem sacrum Corpus de quo sermo est, repertum sit cum Vase sanguine resperso, nihil certius desiderari potest, ut, juxta rigidioris Criticæ leges vel severissimas, tutò affirmari queat, Corpus hoc, sive Ossa, procul dubio esse Corpus,

collocata nella predetta Chiesa. L'indirizziamo a Lei, acciò abbia la bontà di riceverla, e di trasmetterla colla dovuta decenza al Monastero, pregandola anche ad assistere alla collocazione della stessa nel luogo, che sarà preparato, essendo la decente collocazione delle Reliquie una parte delle Pastoralì sollecitudini imposta dal sacro Concilio di Trento al Vescovo. Siamo sicuri, che adempiendo Ella con tanta esattezza le altre cure Pastoralì, il che è di una nostra grandissima consolazione, non lascerà di fare lo stesso in quella, che ora le commettiamo. Ed acciò non le manchi veruna notizia di quanto appartiene al Corpo Santo, che trasmettiamo, avrà la sofferenza di leggere quanto in questo proposito abbiamo potuto considerare, e radunare.

Trasmesso uno a Bologna da Sua Santità al Cardinale Arcivescovo, al medesimo s'ingiunge la cura di collocarlo.

§. 2. Il Corpo Santo, che trasmettiamo, è stato estratto da un Cimiterio, che è fuori di Porta Protese un mezzo miglio in circa, e che è l'antico Cimiterio detto di Ponziano, altre volte anche chiamato Cimiterio *SS. Abdon et Sennen*, ed altre volte *ad Ursum Pileatum* per la Statua di un Orso ivi collocata. Quanto all'antichità, e venerazione di questo Cimiterio, basta vedere il celebre Paolo Arringhi nella sua *Roma Sotterranea al t. 1. lib. 2. cap. 19.*, ed anche il diligente Canonico Marco Antonio Boldetti nelle *Osservazioni sopra i Cimiterj de' Santi Martiri; e d'altri antichi Cristiani di Roma al Tom. 2. pag. 540.* Ed essendosi ritrovato il sacro Corpo, che trasmettiamo, col Vaso tinto di sangue non v'è cosa più certa, anche aderendo al parere de' Critici più severi, per poter sicuramente asserire, che il Corpo, o siano le Ossa, sieno il Corpo, e le Ossa di uno, che per la Fede di Cristo ha sopportato

Cimiterio dal quale è stato cavato il Corpo suddetto.

atque Ossa unius alicujus, qui pro Christi Fide Martyrium passus est: de qua re uberius et fusiùs disseruimus tum in citato Opere Nostro *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. a num. 22. usque ad finem*; tum etiam in Epistola Bononiæ typis edita, quam 12. Kalend. Maii anno 1745. ad istius Ecclesiæ Metropolitanæ Capitulum dedimus, simul cum S. Proci Corpore, quod in S. Thrasonis Cœmeterio repertum fuerat.

Quæritur num Philocalus, quod huic Sancto Corpori nomen est, appellativum sit, an verè proprium.

§. 3. Nomen huic Sancto *Philocalus* est, quod perinde sonat atque amans pulchri, non quidem in eo sensu, quatenùs pulchrum apud Latinos idem est ac formosum, sed quatenùs pro decoro sæpe explicatur apud eosdem, et indecero seu turpi contrarium est. Atque hinc fortasse quis dubitare queat, utrum *Philocali* nomen sit huic Sancto proprium, an potiùs appellativum. Sanctis enim Corporibus, quæ a Catacumbis extrahuntur, solet interdum nomen aliquod appellativum imponi, *Justi* videlicet, *Candidi*, *Victoris*, et similium. Nos non ignoramus laudabilem hujusmodi consuetudinem. Nos de illa egimus in *supradicto capite 27. et seq.* Nos adversariorum oppositionibus satisfacimus, qui falso criminabantur id legitimo Sanctorum cultui obesse, et magno pietati ac Religioni detrimento esse; Nos superiùs allatam hujus vocis *Philocalus* explicationem ultrò recipimus: *Erat autem illis in diebus archimedicus regionis Hollandrinorum, vir Philocalus, ac devotorum pauperum zelator magnus, nomine Godefridus, cognomine Sonder-dank*: ut habetur in Vita S. Liduinæ a Bollandianis edita *T. 2. Aprilis, die 14.*; nihilo tamen minus affirmare omni cum veritate possumus, nomen *Philocali* haudquaquam appellativum esse in hoc casu, sed omninè proprium hujus Sancti; neque enim rarè contingere solet, ut idem nomen aliàs appellativum sit, aliàs proprium. Atque id non aliunde, præterquam ex circumstantiis erui potest, utro modo scilicet, appellativè ne, an pro-

il Martirio. Di tutto ciò si è da Noi diffusamente trattato nella citata Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. dal num. 22. sino al fine*, ed anche nella Nostra Lettera dei 20. di Aprile 1745. stampata in Bologna, ed indirizzata al Capitolo di codesta Metropolitana, quando trasmettemmo il Corpo di S. Proco, ritrovato in questo Cimiterio di San Trasone.

§. 3. Il nome del Santo è *Filocalo*, che significa Amante del bello, non di quello, che i Latini dissero *pulchrum*, ma piuttosto di quello, che chiamarono *decorum*, e che si oppone all' *indecorum*, o sia *turpe*. E da ciò qualcheduno potrebbe essere indotto a sospettare, che il nome di *Filocalo* non fosse nome proprio del Santo, ma nome appellativo; essendo cosa praticata, che ai Corpi de' Santi, che si estraggono dalle Catacombe, s' imponga qualche volta qualche nome appellativo, come di *Giusto*, di *Candido*, di *Vittore*. Noi siamo informati di questo costume; Noi ne abbiamo trattato nel *Nostra sopraddetto cap. 27. num. 12. et seq.* Noi ne abbiamo esposti i fondamenti, ai quali è appoggiata questa disciplina: Noi abbiamo risposto alle obbiezioni di chi falsamente diceva, che ciò pregiudicava al Culto de' Santi; Noi ammettiamo l' intelligenza di sopra riferita della parola *Filocalo*: *Erat autem illis in diebus Archimedicus regionis Hollandrinorum, vir Philocalus, ac devotorum pauperum zelator magnus, nomine Godefridus, cognomine Sonder-dank*: come si legge nella Vita di S. Liduvina, stampata nel tom. 2. dell' Aprile de' Bollandisti al giorno 14. ma, tutto ciò non ostante, possiamo assicurare, che il nome di *Filocalo* è nome proprio del Santo, e non è in veruna maniera nome appellativo; essendo frequenti gli esempi di uno stesso nome, che alle volte è propria, ed altre volte è nome appellativo: dipendendo dalle circostanze lo stabilire, a quale delle

Si cerca, se il nome di Filocalo, con cui chiamasi questo Santo, sia proprio, o appellativo.

prætereamus, perspicuum est hoc, et evidenter constat in supra indicatis nominibus *Justi, Candidi, et Victoris*, quæ cum sint appellativa, Sanctisque ignofis, sive Baptizatis, quorum Corpora ex Cœmeteriis erantur; imponi communiter soleant, sunt etiam peculiariter propria multorum Sanctorum, qui sub hoc non appellativo, sed proprio eorum nomine, *Justi* videlicet, *Candidi, et Victoris*, in Martyrologio Romano enunciantur:

Philocali  
nomen  
reperire  
est in Ec-  
clesiasti-  
cis monu-  
mentis.

§. 4. Sed sermonem ad hoc *Philocali* nomen contrahentes, ac missa facientes profana monumenta, in quibus facile occurrere potest tanquam proprium *Philocali* nomen, ut videre est in clarissimi Muratorii *Thesauri Inscriptio- num Tom. 2.* et stando intra limites historię tantum sacrę, animadvertimus, unum ex Episcopis, qui anno 325. in prima Nicæna Synodo Fidei definitioni contra Arium subscripserunt, fuisse Philocalum quemdam Episcopum Paneadis in Provincia Phœnicie primæ, ut constat ex *Tom. 1. Concilior. Collectionis Harduini col. 314. D.* et ex P. le Quien *Tom. 2. Orientis Christiani pag. 831. B.* Notatum invenimus inter Episcopos, qui anno 449. in pseudo-Concilio Ephesino, seu Iatrociniali, subscripserunt condemnationi Sancti Flaviani, Philocalum alium Zagilensem Episcopum in Lybia, ut constat ex Actis prædicti Concilii *Tom. 2. col. 86. D; col. 268. C, col. 272. B,* ejusdem Collectionis, atque ex citato P. le Quien *pag. 365. C.* Legimus denique S. Philocalum Martyrem Alexandrinum *die 21. Martii* enunciatum in celebri Martyrologio per Florentinum edito, atque illustrato, cui consonant cætera D: Hieronymi Martyrologia apud Bollandianos *Tom. 3. Martii pag. 529. die 21.,* qua etiam die consuli potest Francisci Mariæ de Aste Archiepiscopi Hydruntini *Disceptatio in Martyrologium Romanum, nota E.*



dette due classi debba il nome riferirsi. Ciò si vede, per lasciare tanti altri esempj, nei nomi di *Giusto*, *Candido*, e *Vittore*, che sono i nomi appellativi di sopra indicati, che si mettono ai Corpi estratti dalle Catacombe, e che però volgarmente si dicono Santi Battezzati; essendovi nel Martirologio Romano molti Santi col nome di *Giusto*, e di *Candido*, e di *Vittore*, che era nome proprio di loro, e non appellativo.

§. 4. Ma, restringendo il discorso al nome di *Filocalo*, non vogliamo entrare ne' monumenti profani, ne' quali ci sarebbe facile il ritrovare il nome di *Filocalo*, come nome proprio, nel qual proposito basta dar mano al *Tom. 2. del Tesoro delle Iscrizioni* raccolte dal celebre Muratori. Ci restringeremo ai monumenti sacri, e diremo, ritrovarsi fra i Vescovi, che nel primo Concilio Niceno tenuto l'anno 325. sottoscrissero la definizione della Fede contra Arrio; *Filocalo* Vescovo de Paneade nella Provincia di Fenicia prima, come può vedersi nel *tom. 1. de' Concilj* della Collezione dell' *Arduino col. 314. D*, e nel *Le Quien tom. 2. Orientis Christiani pag. 831. B*. Diremo, ritrovarsi fra que' Vescovi, che nell' anno 449. nel secondo Concilio latrocinale Efesino si sottoscrissero alla condanna di S. Flaviano, un certo *Filocalo* Vescovo Zagilense nella Libia, come può vedersi negli Atti del detto Concilio nella Raccolta dell' *Arduino tom. 2. col. 86. D, col. 268. C, col. 272. B*, e nel citato *Le Quien pag. 635. C*. Diremo finalmente, ritrovarsi ai 21. di *Marzo* nel celebre Martirologio publicato ed illustrato dal Florentini un S. *Filocalo* Martire in Alessandria: e concordano gli altri Martirologj Geronimiani nel *tom. 3. de' Bollandiani nel Mese di Marzo pag. 529. al giorno 21. del detto Mese*: e sopra lo stesso giorno 21. di *Marzo* può vedersi l' Arcivescovo d' Otranto Francesco Maria

Il nome di Filocalo si trova ne' monumenti Ecclesiastici.

Non idem tamen noster Philocalus cum illis. §. 5. Ex eo quod reperiatur, ut ostendimus; in relatis Martyrologiis *S. Philocali* nomen, non propterea inferre volumus, Corpus *S. Philocali*, quod nunc Bononiam transmittimus, esse idem cum Corpore *S. Philocali*, de quo mentio fit in mox laudatis Martyrologiis. Sanctus enim Philocalus noster Romæ obiit, utpote qui in uno ex Romanis Cœmeteriis sepultus condebatur cum signo Martyrii: alter verò, de quo mentionem faciunt supra citata Martyrologia, procul ab Urbe Roma, nempe Alexandriae in Ægypto, passus, procul item sepultus fuit. Sed nomina Episcoporum, qui Concilio Nicæno, et Ephesino Conciliabulo subscripserunt, sub hoc nomine *Philocali*, nomen quoque *S. Philocali M.*, de quo præfata Martyrologia sermonem habent, ideo recensere placuit, ut innotesceret, nomen *Philocali*, etsi aliquando appellativum, apud Christianos fuisse quandoque etiam proprium, cum nimis a veritate alienum sit, quod quis alio nomine, quam proprio, Conciliis se subscribat; et quod in Martyrologiis alicujus Sancti nominatim mentio fiat, proprio nomine non indicato.

Non ad huc satis probatum Philocali nomen, proprium esse Sancto de quo res est. §. 6. Fatemur quidem, non satis esse hoc ad plenam Nostri argumenti probationem faciendam; neque enim sufficiens ratio est ad hoc probandum, quod nomen *Philocali* sæpe usurpatum sit in significatione propria et nullo modo appellativa; sed necesse est præterea illud evincere, quod nomen hoc non tam proprium esse possit, quàm proprium re vera illius Sancti sit, cujus Corpus Bononiam transmittimus; quod putamus comprobari posse evidenter.

Id tamen evincit inscriptio Sepulchro, quo sacrum Corpus §. 7. Corpus hujus Sancti non fuit repertum in Catacumbis sine nomine, neque *Philocali* nomen illi impositum est, ne remaneret sine nomine. Sepulchro, ubi sacrum Corpus tumulabatur, inscriptum erat nomen *Philocalus* hiscemet verbis: *Philocalus in pace*. Cùm autem

d' Aste nella sua Disceptazione sopra il Martirologio Romano sotto la nota E.

§. 5. Coll' aver Noi osservato nei predetti Martirologj il nome di S. *Filocalo*, non intendiamo di asserire, che il Corpo di S. *Filocalo*, che ora trasmettiamo a Bologna, sia di quel S. *Filocalo*, di cui si fa menzione ne' citati Martirologj; essendo morto il nostro in Roma, essendo stato il suo Corpo ritrovato colle divise del Martirio in uno di questi Nostri Cimiterj, ed essendo stato l'altro, di cui parlano i citati Martirologj, martirizzato lungi da Roma, e lungi da Roma sepolto cioè in Alessandria di Egitto. Ma abbiamo commemorati i nomi de' Vescovi sottoscritti al Concilio Niceno, ed al Conciliabolo Efesino, col nome di *Filocalo*, ed il Santo Martire *Filocalo*, di cui si fa menzione ne' Martyrologj indicati, per far vedere, che se alcune volte il nome di *Filocalo* ha fatta la figura di nome appellativo, appresso i Cristiani è stato altre volte adoprato come nome proprio: essendo impossibile, che chi si sottoscrive ad un Concilio, non si sottoscriva col nome proprio: e che ne' Martirologj, volendosi far menzione di un Santo, indicando chi era, non si faccia coll' esprimere il di lui nome proprio.

§. 6. Conosciamo, che ciò non basta per la compiuta ed adeguata prova del nostro assunto, non bastando per l'effetto, di cui si tratta, l'aver dimostrato, che il nome di *Filocalo* è stato più volte usurpato come nome proprio, e non come appellativo. E' assolutamente necessario, che si dimostri esser nome proprio, ed esser tale quello, con cui vien chiamato il Santo, il di cui Corpo trasmettiamo a Bologna. Ma Noi crediamo, potersi ciò evidentemente comprovare.

§. 7. Non è stato ritrovato il Corpo Santo nelle Catacombe senza nome, nè il nome di *Filocalo* gli è stato dato, per non lasciarlo senza nome. Il nome di *Filocalo* era impresso nel Sepolcro, in cui giaceva il Sacro Corpo, e le parole erano le seguenti: *Philocalus in pace*.

Non è però il medesimo col nostro.

Non pare abbastanza provato che il nome di *Filocalo* sia proprio al nostro Santo.

Lo dimostra però evidentemente l'Iscrizione incisa nel

condebatur, ap-  
posita. nomina sepulchris inscribantur ad indicandam  
personam, quæ ibi sepulta est; facile intelligi-  
tur, nomen *Philocali* inscriptam sepulchro hu-  
jus martyris esse non posse appellativum, sed  
esse nomen proprium ejusdem, adeoque San-  
ctum Corpus, quod Bononiam mittimus, esse  
Corpus *S. Philocali*, qui pro Christi Fide Mar-  
tyrium passus est; quod non solum probant illa  
verba *in pace*, quæ, ut habent veteres Inscr-  
ptiones in Catacumbis repertæ, Martyribus com-  
munia sunt æquè ac Christifidelibus ibidem se-  
pultis; sed eruitur ex Vase sanguinis, signo  
indubitato Martyrii, quod pro Christo martyr  
sustinuit, ut Nos quoque adnotavimus in No-  
stro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. 4.  
part. 2. cap. 27. num. 26.*

Questio  
de Theo-  
phili no-  
mine,  
quod in  
Actis Apo-  
stolorum  
legitur.

§. 8. Divinarum Scripturarum explanatoribus,  
et Cornelio a Lapide in primis, Augustino Cal-  
met, Joanni Baptistæ du Hamel, Nostro quoque  
bonæ memoriæ Vincentio Ludovico Cardinali  
Gotti in tom. 5. *Veritatis Catholicæ Religionis*  
cap. 3. part. 2. num. 2. investigandum relinqui-  
mus, utrum Theophilus ille, de quo sermo  
habetur in cap. 1. Act. 1. Apostol. = *Primum  
quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile,  
quæ cœpit Jesus facere et docere* = esset unus  
aliquis hoc proprio nomine insignitus; an po-  
tius sub Theophili appellativo nomine intelli-  
debeat quisquis cum Deo charitate conjungitur.  
Nobis satis est potuisse demonstrare, *Philocali*  
nomen hîc proprium omninò esse, non appel-  
lativum. Propterea te paterno cordis affectu  
etiam atque etiam complectentes, tibi, Dilecte  
Fili Noster, tuoque Gregi, quem tanta cum  
laude moderaris, et cui tamdiu præesse Nobis  
quoque contigit, Apostolicam Benedictionem  
impertimur.

Dat. 20. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
Majj 1755. die 20. Maii 1755. Pontificatus Nostri anno De-  
Pont. XV. cimoquinto.

E mettendosi i nomi ne' Sepolcri per additare Sepolcro chi in esso è sepolto, vi vuole poco a com- del mede- prendere, che il nome di *Filocalo* posto nel simo. Sepolcro del nostro Martire, non può essere nome appellativo, ma che è vero nome di lui proprio, e che il Corpo, che trasmettiamo a Bologna, è il Corpo di S. Filocalo martirizzato per la Fede di Cristo: comprovandosi il di lui Martirio non già dalla sole parole *in pace*, che nelle antiche iscrizioni, che si trovano nelle Catacombe, sono comuni ai Martiri; ed ai Cristiani in esse sepolti; ma dal Vaso intinto di Sangue, che è la certa divisa del Martirio sofferto per Cristo: il che anche da Noi è stato avvertito nella Nostra Opera *de Canonizatione Sanctorum lib. 4. part. 2. cap. 27. num. 26.*

§. 8. Lascieremo agl' Interpreti delle Divine Scritture, e particolarmente a Cornelio a Lapide, al Calmet, al du Hamel, ed anche alla buona memoria del Nostro Cardinale Gotti *nel tom. 5, della Verità della Cattolica Religione al cap. 3. pag. 2. num. 2.* l'investigare, se quel Theofilo, di cui si parla *nel cap. 1. degli Atti degli Apostoli = Primum quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile, quæ cæpit Jesus facere, et docere =* fosse una particolare persona, che avesse il detto nome, o pure se quel Theofilo fosse nome appellativo, indicante chiunque è amico di Dio, e ci contenteremo d'aver provato, che *Filocalo* nel caso Nostro è nome proprio. Ed abbracciandola con pienezza di cuore paterno, diamo a Lei, ed a quel Gregge, che ella con tanta edificazione governa, ed a cui per tanti anni Noi stessi abbiamo preseduto, l'Apostolica Benedizione.

Disputa sopra il nome di Theofilo, che ritrovasi negli atti degli Apostoli.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 20. Maji 1755. Pontificatus Nostri anno Decimo quinto.

Data li 20. Maggio 1755. del Pontific. XV.

## DECRETUM

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

BENEDICTI PAPÆ XIV.

IN CAUSA

NEAPOLITANA

*Beatificationis, et Canonizationis Ven. Servi Dei  
PAULI BURALIS S. R. E. Cardinalis de  
Aretio nuncupati.*

**C**ONGREGATIO Generalis Sacrorum Rituum ha-  
bita fuit coram Nobis die 27. præteriti mensis  
Januarii, et in Causa Beatificationis, et Cano-  
nizationis Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis  
S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati pro-  
positum fuit dubium sequentibus verbis con-  
ceptum: *An constet de Virtutibus Theologicalibus  
Fide, Spe, et Charitate, et Cardinalibus Pru-  
dentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia,  
earumque annexis in gradu heroico in casu, etc.*

§. 2. Congregationi interfuimus, nec ad eam  
imparati accessimus; accessimus enim post per-  
lectas Scripturas et Informationes tum Postu-  
latorum, tum Fidei Promotoris, post lecta  
Consultorum Congregationis suffragia Nobis  
præcedenter juxta morem in scriptis exhibita,  
post auditas Advocatorum Causæ verbales in-  
formationes. In ipsa Congregatione propriis au-  
ribus audivimus sententias Dilectorum Filiorum  
Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congrega-  
tioni Sacrorum Rituum adscriptorum, quas  
super prædicto dubio oretenus protulerunt;  
sed nullum a Nobis editum fuit responsum,  
at, secundis adhibitis curis, porrectisque Deo

Dubium  
in Con-  
gregatio-  
ne Rituum  
proposi-  
tum.

Omnia  
primùm a  
Pontifice  
ante Con-  
gregatio-  
nem sunt  
diligenter  
expensa.

Optimo Maximo jugibus precibus, opportuniori Sed res-  
tempore Nostram ederemus super proposito du-  
bio sententiam. ponsum  
in aliud

§. 3. Dum in minoribus Promotoris Fidei tempus  
munere fungebamur, animadvertimus, plures rejectum.  
in Causa Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis Validitas  
confectos fuisse Processus auctoritate Ordinaria, proces-  
et Apostolica, nec unquam fuisse examinatum, sium au-  
ctoritate  
multoque minus approbatam validitatem Pro- Ordinaria  
cessuum auctoritate Ordinaria confectorum, Ca- confecto-  
jetani videlicet, Placentini, et Neapolitani, rum in  
quo non exiguum integritati, et valori proba- hac causa;  
tionum damnum derivabat; Testes enim in haud levi  
dictis Processibus examinati, qui, attento eorum ejus de-  
numero, fide ipsorum dictis debita, admini- trimento,  
culis, quibus eorum attestations erant robo- numquam  
ratae, consonantia cum Testibus examinatis in examina-  
Processibus Apostolicis, probationis gradum ta.  
attingere potuissent, si validitas Processuum,  
in quibus fuerunt examinati, fuisset discussa  
et approbata; Cessantibus discussione et appro-  
batione validitatis, solius adminiculi vim et  
robur poterant obtinere, juxta Congregationis  
praxim, de qua in Nostro Opere de Canoniza-  
tione Sanctorum lib. 2. cap. 5. Sed, cum in toto  
Causae decursu nulla de validitate Processuum  
promota fuisset indago, necessarium esse existi-  
mavimus sedulo inspicere, an validi re vera  
essent memorati Processus auctoritate Ordinaria  
confecti, et an omissio examinis involuntariae  
quodammodo negligentiae esset adscribenda,  
vel potius derivasse dicenda esset ex metu,  
quod eorum validitas approbari non posset.

§. 4. Ut id autem in aperto tandem pone- Eam ipse  
retur, praedictos Processus ad Nos afferri man- Pontifex  
davimus, et quamvis longa, quinquagenaria ad exa-  
videlicet, et ultra, in examine Causarum Be- men revo-  
tificationis, et Canonizationis experientia, po- cavit, et  
tuissemus Nobis ipsis blandiri de Nostrarum Decretum  
virium sufficientia in examine validitatis praedi- pro vali-  
dictorum Processuum, advocari nihilominus fe- ditate tu-  
licit.  
cimus Dilectum Filium Benedictum Veteranum

Sacræ Consistorialis Aulae Advocatum, diligentissimum Fidei Promotorem a Nobis constitutum, cui prædictos Processus consignavimus, et ipsius sententiæ tum voce, tum scriptis Nobis exposita, communicato cum ipso consilio, Decretum edidimus die 1. currentis mensis Februarii, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum consignatum, in quo constare decrevimus de validitate Processuum Cajetani, Placentini, et Neapolitani, Ordinariæ auctoritate confectorum in Causa Venerabilis Servi Dei Pauli Buralis S. R. E. Cardinalis de Aretio nuncupati.

Aliis adhibitis quoque diligentibus, supra relato dubio deinde responsum datum.

§. 5. Aliæ præterea post Congregationem habitam die 27. præteriti mensis Januarii adhibitæ sunt scrupulosæ diligentia, ne in re tanti momenti aliquid prætermissum dici posset, quod videri et examinari potuisset Deum Optimum Maximum jugibus precibus obsecravimus, ut Nobis præsto esse, et mentem Nostram illustrare dignaretur: post quæ, inhærentes unapimibus suffragiis Cardinalium, qui Congregationi Sacrorum Rituum habitæ die 27. præteriti mensis Januarii interfuerunt, proposito in eâ dubio sic respondemus, auditoque Sacro, perceptaque Eucharistica Communionem, cum præ impedimento podagræ Missam celebrare non potuerimus, sic respondendum decernimus: *Ita constare de Virtutibus Theologicalibus Fide, Spe, et Charitate, et Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, ut tuto procedi possit ad ulteriora, ad discussionem videlicet quatuor Miraculorum.*

In omni, quem retinuit, vitæ statuta. Ven. Paulus Buralis omnes virtutes in gradu heroico exercuit.

§. 6. Venerabilis Dei Seryus Paulus Buralis vixit in statu seculari usque ad annum quadragessimum sextum suæ ætatis. Nomen deinde dedit Congregationi Clericorum Regularium, qui Teatini nuncupantur, et in dicta Congregatione permansit spatio annorum undecim. Ad dignitatem Episcopalem deinde eVectus, præfuit primùm Ecclesiæ Placentinæ, et Collegio



Cardinalium S. R. E. adscriptus ; translatus deinde fuit ad regimen Archiepiscopalis Ecclesiæ Neapolitanæ , quæ omnia spatio ferè decem annorum implevit ; ponderatisque sedulè omnibus , quæ in unoquoque prædictorum statuum ab eo gesta sunt ; constat , ipsum in gradu heroico eas omnes Virtutes frequentibus actibus exercuisse ; quæ unicuique prædictorum statuum erant proportionatæ et propriæ , cum eximia semper charitate erga Deum et proximum , spectabili humilitate , et eximia undequaque prudentia.

§. 7. At , cum ea omnia , quæ pertinent ad statum secularem , et sic ad longum vitæ ipsius cursum , et pleraque alia , quæ statum Regulare respiciunt , in quo non modicum stæ ætatis cursum perfecit , non sint probata Testibus de visu , sed Testibus aut de auditu a videntibus , aut de auditu auditus , et ea tantum , quæ statum Episcopalem , et Cardinalitiam respiciunt dignitatem , sufficienti numero Testium de visu innixa sint , locus factus est Decreto a Nobis edito die 23. Aprilis 1741. et impresso in Nostro Opere de Canonizatione Sanctorum lib. 3. cap. 3. n. 25. ; in quo statutum est , ut in Causis etiam præcedentibus per viam non Cultus , si Virtutes probatæ sint per Testes de auditu , et sic per probationes subsidiarias , dilatâ , prout in casu , absque culpa et dolo Postulatorum , confectione Processuum longè post obitum Dei Servi ; si de validitate Processuum post dictum tempus confectorum abundè constet , prout in casu ; si , Testium numero , et qualitate , cæterisque attentis adminiculis , moralis , prout in casu , consurgat certitudo , quæ , si non impossibile , imprudens saltem iudicium reddat de opposito : proposito de Virtutibus dubio nullatenus respondeatur *Constare* , deficiente videlicet probatione directa per Testes de visu , sed respondeatur , *Ita constare : ut tuto procedi possit ad discussionem quatuor Miraculorum* , aucto videlicet Miraculorum numero , a

Non  
tamen  
omnia te-  
stibus de  
visu com-  
probantur

Atque  
hinc pro-  
pterea  
proposito  
de virta-  
tibus do-  
bio con-  
grua ra-  
tione res-  
ponsum.

duobus, quæ olim sufficiebant pro obtinenda Beatificatione, ad alia duo, et sic ad quatuor Miracula, ut quod ex humano defuit Testimonio, Divino compensetur.

Præsens Decretum manu Nostra subscriptum, Nostroque Sigillo munitum, Secretario Congregationis Sacrorum Rituum consignamus, inter Acta ejusdem Congregationis asservandum.

Dat. 8.  
Februarii  
1756. Pon-  
tif. XVI.

Datum hac die 8. Februarii 1756.

BENEDICTUS PAPA XIV.

*D. F. Card. Tamburinus Præf.*

Loco † Sigilli.

*M. Marefuscus S. R. C. Secr.*



## AGTA CONSISTORIALIA

Pro Concessione Pallii Patriarchæ Antiochenæ  
Syro Maronitarum:

*In Consistorio Secreto habito die 28. Martii 1755.*

## ARGUMENTUM:

**D**IE duodécima Februarii, Anni 1756. cum e vivis excessisset Reverendissimus Dominus Simon Petrus Evodius, Patriarcha Antiochenus Syrorum Maronitarum: is nimirum, quem Sanctissimus Dominus Noster **BENEDICTUS XIV.** Pontifex Maximus datis die. 16. Martii 1743. Litteris; ad compescendas dissensiones in Electione Patriarchæ subortas, Patriarcham Auctoritate Apostolica constituerat; die autem 13. Julii 1744. in Consistorio Semipublico, ad complementum Patriarchalis dignitatis, Pallio Pontificio donaverat: Peractis de more Novendialibus, Archiepiscopi et Episcopi ejusdem Nationis Syrorum Maronitarum, quibus eligendi Patriarchæ jus competit, convenerunt in Chesroano apud Anturam in Æde Sancti Josephi: et unanimi omnium consensu, die 28. ejusdem mensis Februarii, elegerunt in Patriarcham, Reverendissimum Dominum Tobiam Gazenium, Cypri Archiepiscopum: quemadmodum ex hoc Synodico ipsorum Decreto perspicuum redditur.

Archiepiscoporum et Episcoporum Decretum Electionis Reverendissimi Domini Tobie Gazenii, Archiepiscopi Cypri, in Patriarcham Antiochenum Syrorum Maronitarum.

## LAUS DEO SEMPER.

**P**RESENTIBUS Literis pateat, Nos infrascriptos in Æde Sancti Josephi apud Anturam conve-

nisse, ibique juxta Sacros Canones, præscriptasque in Sanctis Synodis Constitutiones, elegisse Reverendissimum Dominum Tobiam Gazenium, in Beatissimum Patriarcham Sedis Theopolis Antiochiæ, plenaque omnium nostrum libertate, atque unanimi consensu, eundem in Patriarcham nostrum, nostræque Nationis Patrem adscivisse; debitam ipsi obedientiam, subjectionemque secundum Statuta Sanctarum Synodorum exhibituros; dummodo idem ipse Formulam Professionis suæ, Pontifici Sanctæ Romanæ Sedis exhibeat, Fidemque Catholicam usque ad sanguinis effusionem conservet. In quorum fidem in Sancto nostro Concilio hanc syngrapham a nobis subscriptam dedimus die vigesima octava Februarii, Anno 1756.

*Archiepiscopi et Episcopi.*

Philippus Listræ.  
 Stephanus Botri.  
 Gabriel Ptolemaidis.  
 Joannes Laodiceæ.  
 Germanus Tripolis.  
 Michael Damasci.  
 Antonius Arcæ.  
 Josaphat Tyri.  
 Petrus Paneadis.  
 Joseph Sidonis.  
 Joseph Beryti.  
 Joachim Eden.  
 Arsenius Tagriti.

*Postea; tum ab Electo Patriarcha Tobia, tum ab Archiepiscopis et Episcopis Electoribus, ad SS. Dominum Nostrum PP. BENEDICTUM XIV., et ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, unâ cum R. P. D. Arsenio He-liopolitano Archiepiscopo, ipsius Electi Patriarchæ Oratore et Procuratore, Literæ missæ sunt, quibus demississimè Sanctitatem Suam rogant, ut Electum Patriarcham confirmare, eique Pallium, plenitudinis Pontificiæ Potè tatis insigne, concedere dignetur. Sunt autem hujusmodi:*

## I.

Epistola Electi Patriarchæ Tobixæ Petri Gazenii  
ad Sanctissimum Dominum nostrum Bene-  
dictum Papam XIV.

*SANCTISSIME PATER.*

**E**go Tobias Gazenius Sanctitatis Tuæ servus,  
Cypri olim Archiepiscopus, nunc verò misera-  
tionè divina Antiochenus Patriarcha, licet in-  
dignus, coram sanctis pedibus Tuis procum-  
bens, eosque submissè ac reverenter, sicuti  
Christi Domini Vicarium decet, deosculans,  
Sanctitati Tuæ expono, duodecima die Fe-  
bruarii, hujus anni, Simònem Patriarcha An-  
tiochenum, decessorem meum, ad Deum mi-  
grasse: cui ut requiem donet Dominus, suffragio  
sanctarum tuarum precum contingat. Die autem  
vigesima octava ejusdem mensis, fratres meos,  
tuosque famulos, Archiepiscopos et Episcopos,  
in Æde Sancti Josephi apud Anturam, Patrum  
Societatis Jesu, in Chesroano, convenisse,  
ibique secundum Statuta Sacri Libanensis Con-  
cilii, lati ad eligendum novum Patriarcham  
cum plena libertate, nullaque vi adhibita suf-  
fragiis, me tametsi immerentem, Patriarcham  
constituisse: quemadmodum Sanctitati Tuæ pa-  
lam faciunt datæ ab ipsis ad Sanctam Aposto-  
licam Sedem et ad Sacram Congregationem de  
Propaganda Fide Literæ. Quoniam verò, San-  
ctissime Pater, Beati Petri Apostolorum Prin-  
cipis es Successor, cui dictum est: et Tu con-  
versus confirma fratres tuos: ideo coram pe-  
dibus tuis provolutus, enixis precibus a Te  
peto, ut Pallium mihi Pontificium concedas,  
meque in Sede Antiochena confirmes: sicuti  
decessores Tui felicitis recordationis cum meis  
antecessoribus facere consueverunt: idque mihi  
præstare digneris per fratrem meum, servum  
autem tuum, Arsenium Heliopolis Archiepis-

copum, quem tamquam Procuratorem meum misi ad deosculandum pedes tuos, et ad impetrandum a Te confirmationem: Virum virtutibus ornatum; prudentia, pietate, et patientia in excitationibus adversus ipsum ex invidia persecutionibus præditum: quem, quum adhuc Monachus esset, ego autem ipse Patriarchalem dignitatem nondum iniissem, ex longa consuetudine probè cognovi, dignum proinde censui, ut illum ad Apostolicam Sedem ablegarem. Decebat sanè, ut egomet ad Sacra Apostolorum Limina visitanda accederem: Verùm ab hoc me proposito detinuit, primùm quidem immensa locorum distantia: deinde, quia vereor, ne quid detrimenti res Maronitarum publicæ, me absente, capiant. Itaque paterna Tua benignitate fretus, etiam atque etiam rogo, ut meis, meæ Nationis, atque Ablegati ejusdem Votis obsecundans, Pater Beatissime, et Pallium mihi transmittas, et reliquis me spiritualibus temporalibusque beneficiis cumulare digneris: quæ quantulacumque sint, in summum tamen mihi honorem cessura reputabo. Meæ autem erga Te, et Sanctam Sedem Tuam demissæ obedientiæ argumentum habes Orthodoxæ Fidei professionem, manu mea subscriptam, quam Tibi Nuncius meus exhibebit. Voveo enim, et promitto, coram Deo et Angelis ejus, me Sedi Apostolicæ et Romano Pontifici usque ad extremum vitæ spiritum semper et ubique obtemperaturum: operam insuper omnem collaturum, ut huic meæ Nationi, quæ perpetuis erga Sanctam Sedem obsequii et reverentiæ documentis claruit, Deo favente, Teque annuente, amputatis dissensionibus, pacem ac tranquillitatem restituam. Interim Tuis sanctis pedibus iterùm demississimè oscula defigens, ut ad multos Te annos incolumem servet, precibus a Deo Optimo Maximo quàm possum studiosissimè contendo. Datum die 20. Martii 1756.

*Sanctitatis Tuæ Servus*  
Tobias Petrus Gazenius,  
Patriarcha Antiochenus.

## II.

Epistola ejusdem Electi Patriarchæ Tobiae ad  
Sacram Congregationem de propaganda Fide.

*Eminentissimi, ac Reverendissimi Domini.*

**C**ERTIORES Vos facio, die duodecima Februarii, hujus anni, Simonem Evodium Patriarcham Antiochenum e vivis excessisse; die autem vigesima octava ejusdem mensis congregatos juxta Decreta Sacræ Libanensis Synodi in Aede S. Josephi Anturensi Patrum Societatis Jesu in Chesroano Archiepiscopos et Episcopos fratres meos, latis liberè suffragiis, me licet immerentem, in Patriarcham Antiochenum elegisse: quemadmodum ex Litteris ipsorum ad Sanctissimum ac Beatissimum Pontificem Maximum et ad Sacram Congregationem Vestram datis perspicere potestis. Quum igitur æquum decensque sit, ut optimis traditionibus sacrisque consuetudinibus mos geratur; idcirco vestigiis Decessorum meorum ego insistens, a Sanctitate Sua petere decrevi et Pallium Pontificium, et Apostolicam in sede Antiochena confirmationem; signum autem, et pignus obedientiæ meæ ac reverentiæ erga Sanctam Romanam Sedem, patebit Sacræ Congregationi Vestræ ex Formula Professionis Fidei, mea manu subscriptæ, ac sigillo firmatæ, quam ad Apostolicam Sedem transmittito. Quamobrem Eminentias Vestras Reverendissimas rogo, ut a Sanctissimo Patre Pallium mihi Pontificium, et Confirmationem Apostolicam impetratis, unâ cum gratiis, et privilegiis, quæ meis Decessoribus concedi consueverunt: eidem insuper Beatissimo Patri significetis, quod, nisi me locorum distantia, et imminens Nationi meæ ex mea absentia periculum detinerent, per me ipsum ad visitanda Sacra Apostolorum Limina, et ad accipiendum e manibus Sanctitatis Suae

Pallium accederem. Quam verò sim Sedi Apostolicæ Romanisque Pontificibus obsequentissimus; id palam faciet frater meus Arsenius Archiepiscopus Heliopolitanus, quem Nuncium meum, Oratorem, ac Procuratorem ablegavi, ut pro me obedientiam exhibeat, et Pallium petat. Ilkum siquidem ad hoc obeundum munus idoneum existimavi, utpote Virum bonis moribus præditum, virtutibus ornatum, mihiq̄ probè notum, antequam ad Patriarchalem dignitatem erectus essem. Vos igitur post Deum obsecro, Eminentissimi Domini, ut quas ipse nomine meo porriget, ne patiamini irritas esse et inanes preces. Interim Deum Optimum Maximum oro et obtestor, ut totus terrarum Orbis ditioni vestræ subdatur, et obductæ ab adversariis nebulæ dissipentur. Datum die 20. Martii 1756.

*Tobias Petrus Patriarcha  
Antiochenus.*

### III.

Epistola Archiepiscoporum et Episcoporum ad Sanctissimum Dominum Nostrum BENEDICTUM Papam XIV.

#### SANCTISSIME PATER.

**P**OST oscula Liminum Apostolicorum, sanctorumque pedum tuorum, Nos infrascripti exponimus, quod die 12. mensis Februarii, servus tuus Simon Petrus Patriarcha Antiochenus ex hac luce ad Dominum migravit: oramus, ut Deus Sanctitatem Tuam nobis conservet: post illius autem decessum, congregati apud Anturam in Chesroano in Æde Sancti Josephi, quæ Patrum Societatis Jesu est, die 28. ejusdem mensis, latis secundum Decreta Sanctæ Libanensis nostræ Synodi suffragiis, elegimus servum tuum, fratrem nostrum, Tobiam Gazenium, Cypri Archiepiscopum, nobili genere natum, eumque



unanimes consensu, spontanea voluntate, omnique vi remota, nostram Patriarcham constituimus. Itaque coram Apostolicis pedibus tuis procumbentes, supplices petimus, ut eidem Reverendissimo Domino Patriarchæ nostro Tobix Pallium Apostolicum, et Pontificiam in Sede Antiochena Confirmationem concedere digneris: aliis insuper eundem cumulare velis tum consuetis gratiis, tum etiam majoribus, quam quibus prædecessores ipsius Patriarchæ ab Apostolica Sede sunt ornati: idque tam propter ipsius generis nobilitatem, morum honestatem, in rebus agendis solertiam, religionis fervorem; quam propter eximiam, quam Apostolicis mandatis tuis semper exhibuit obedientiam, impensosque ab eodem in Sedis Patriarchalis beneficium, Patriarcharumque obsequium et in procuranda Pontificiarum Tuarum Literarum executione, labores. Rogamus quoque paternam Tuam Clementiam, Pater Beatissime, ut oculos tuos ad Sedis nostræ Patriarchalis favorem benignè convertas: non enim Sanctitatem Tuam latere arbitramur, quantis illa malis ob tyrannicam Infidelium oppressionem hactenùs succubuerit. Demùm sanctis tuis pedibus iterùm oscula defigentes. Denm oramus, ut Beatitudinem Tuam diu incolumem tueatur. Datum apud Anturam die 29. Februarii 1756.

*Archiepiscopi et Episcopi.*

Philippus Lystræ.  
 Stephanus Botri.  
 Gabriël Ptolemaidis.  
 Joannes Laodiceæ.  
 Germanus Tripolis.  
 Michaël Damasci.  
 Antonius Arcæ.  
 Josaphat Tyri.  
 Petrus Paneadis.  
 Joseph Sidonis.

Joseph Beryti.  
 Joachim Eden.  
 Arsenius Tagriti.  
 Abdalla Cypri.

*Aliæ præterea ab iisdem Archiepiscopis et Episcopis Maronitis, necnon a Proceribus Gazeniis, et Habaisciis, in idem argumentum scriptæ sunt Epistolæ, tum ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, tum ad Eminentissimos ac Reverendissimos Dominos Cardinales Protectores Nationis, et Monachorum Maronitarum: quibus Epistolis Electi Patriarchæ Tobbicæ merita, omnium assensu et plausu, enunciantur.*

*Totius igitur negotii examine per Sanctitatem suam ad Eminentissimos Patres ejusdem Sacre Congregationis de Propaganda Fide remisso, in Congregatione Generali habita die 8. Martii, currentis anni, editum est hujusmodi Decretum.*



## DECRETUM

Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda  
Fide.

*Habitæ die 8. Martii 1757.*

**R**EFERENTE bon. mem. Nicolao Lercario Archiepiscopo Rhodiensi, Secretario, postulationem ab Episcopis et Clero Maronitarum de more factam R. P. D. Tobiaë Gazeni Archiepiscopi Cypri, viri zelo, doctrinâ, et prudentiâ, cæterisque virtutibus plurimum commendati, in Patriarcham Antiochiæ ejusdem Nationis, in locum R. P. D. Simonis Petri Evodii nuper defuncti, necnon preces eorumdem Episcoporum, Cleri, et Populi Maronitarum, pro supradictæ postulationis admissione, et Patriarchæ confirmatione; Sacra Congregatio censuit, consulendum esse Sanctissimo pro admissione prædictæ postulationis, et confirmatione ejusdem R. P. D. Tobiaë Gazeni in Patriarcham Antiocheam nationis Maronitarum.

Quam Sacræ Congregationis sententiam, Sanctissimo Domino Nostro relatam ab Eminentissimo et Reverendissimo Domino Domino Josepho Cardinali Spinelli Præfecto, in Audientia habita die 18. ejusdem mensis, Sanctitas Sua in omnibus approbavit, et in Consistorio ad ulteriora procedi mandavit. Datum ex Ædibus dictæ Sacræ Congregationis die 19. Mensis et Anni, quibus supra.

*N. Antonellus Secretarius.*

*His præmissis, die 27. Martii, ejusdem anni 1757. indicto de more Secreto Consistorio, postquam in eo Propositiones Ecclesiarum, et alia occurrentia negotia fuerunt absoluta, Sanctissi-*

*mus Dominus noster de Pallio Latino Patriarchis Orientalibus, quoties illud, positis omnibus necessariis conditionibus, postularent, concedendo, deque Maronitis, eorumque ritibus Latino simillimis, et eximio in Sanctam Sedem obsequio præfatus; quid in Electione tum hujus novi Patriarchæ Tbbicæ, tum decessoris ejus Simonis Petri Evodii gestum fuerit, luculentissima hac Allocutione exposuit.*

### VENERABILES FRATRES.

**Q**UADRAGINTA jam, et ultra, effluerunt anni, ex quo, subortâ controversiâ, num Patriarchæ Alexandrino Græci ritus indulgeri posset Latinum Pallium, quantumvis idem opportunis prelati monumentis comprobaret, se schisma ejurasse, surumque legitimum Procuratorem ad Urbem ablegasset, qui humiles enixasque preces suas ad ipsum Pallium obtinendum afferret, coacta fuit coram sanctæ memoriæ Clemente XI. Prædecessore nostro satis frequens S. R. E. Cardinalium, ac Prælatorum Congregatio, cui Nos quoque interfuimus, et in qua statutum fuit, ut expetitum Latinum Pallium concederetur; Nobisque ipsis contigit, pro Advocati Consistorialis munere, quo tunc fungebamur, ipsam Palli petitionem in Consistorio exponere 1: quod magnæ postmodum consolationi Nobis extitit, quum scilicet in manus nostras subinde pervenit vetus decretum, seu resolutio multos ante annos edita 2, per quam ad propositum dubium, an Patriarchis Græci ritus Latinum Pallium esset concedendum, quoties illud, positis omnibus necessariis conditionibus, postularent, affirmativè responsum fuit; quæ quidem resolutio ignota tunc erat, quum Patriarchæ Alexandrino facta est Latini Palli concessio 3.

Ex quo autem Nos nullis nostris meritis ad Summum Pontificatum evecti fuimus, nostris ipsi manibus Patriarchæ Armeniæ minoris, et

1. Vide acta Consist. impressa inter consistorial. Orationes ejusdem Pontif. pag. 139. et seq.  
2. Vide licet die 9. Jun. 1642.  
3. Ut in nostro

Ciliciz, confirmata prius illius Electione, Latinum Pallium imposuimus 4. Atque id ipsum in Consistorio semipublico, concedendum, transmittendumque decrevimus Cyrillo Patriarchæ Antiocheno Græcorum Melchitarum, postquam examini subjecta, probataque fuerat illius electio, ipseque per legitimum ad id constitutum Procuratorem, enixis precibus sibi Latinum Pallium concedi postulaverat 5. Quod ipsum Latinum Pallium aliis duobus Patriarchis Armenis, subsequentibus temporibus, a Nobis ipsis datum est 6.

Quod autem ad Maronitas pertinet, comperit unicuique est, eos uti Azymo, non secus ac utitur Occidentalis Ecclesia, et sacra adhibere indumenta nostris simillima 7. Nostis præterea, Venerabiles Fratres, Nos olim, ad compependas dissensiones in eorum Patriarchæ Electione subortas Patriarcham Antiochenum Maronitarum illis constituisse Simonem Petrum Evodium, atque hunc fuisse a Maronitis libentissimè exceptum, eidemque subinde concessum a Nobis fuisse Latinum Pallium, pro quo legitimus ipsius Procurator necessariis documentis instructus, in Consistorio insteterat 8.

E vivis nuper excessit præmemoratus Simon Petrus Evodius : quumque Maronitæ elegerint ipsi successorem, is planè est, qui per suum Ablegatum, opportuna quæque documenta præferentem, Pallium sibi concedi postulat, quemadmodum mox ipsi audietis ex ipsius legitimo Procuratore, quem jam nunc in Consistorium ab eo, cui id munus est, induci mandamus.

*Expleta Sanctissimi Allocutione, Aulæ Consistorialis foribus apertis per unum ex D. D. Cæremoniarum Magistris R. P. D. Philippus Maria Pirelli-Praelatus Domesticus Pontificis, Signaturæ Justitiæ Auditor, et Sacri Consistorii Advocatus, et R. P. D. Arsenius Heliopolitanus Archiepiscopus, Electi Patriarchæ Tibericæ Procurator, introducti fuere, et e regione Pontificis*

*Opere De Synodo Dioces.*

*lib. 13. c.*

*5. nu. 19.*

*4. Cit. lib.*

*13. ejusd.*

*Operis,*

*cap. 15.*

*sub n. 14.*

*5. In no-*

*stra Con-*

*sist. Allo-*

*cut. die 3.*

*Feb. 1744.*

*et impres-*

*sa v. 3. p.*

*387. præ-*

*sentishuj.*

*Bullar. in*

*Append.*

*sub n. 6.*

*6. Scilicet*

*in Consi-*

*storio ha-*

*bito die 23*

*Sept. 1750*

*et in Con-*

*sistorio*

*habito die*

*22. Julii*

*1754.*

*7. Vid.*

*Epistola*

*Encyclica*

*ad Missio-*

*naires per*

*Orientem*

*constitu-*

*tos, quæ*

*est 47. t.*

*4. hujus*

*Edit. vol.*

*11. p. 127.*

*n. 23, 25.*

*et 31.*

*8. In Con-*

*sist. Alloc*

habita die in Lecto sedentis, flexis genibus, prædictus R. 13. Jul. P: D. Cirilli Sacri Consistorii Advocatus Sancti-  
1744. et tatem Suam sic allocutus est:  
impressa

v. 3. hujus  
novæ Edit  
in Append  
sub n. 7.

### BEATISSIME PATER.

**A**NTIOCHENA Maronitarum Ecclesia, Sanctitatis Vestræ auctoritatē et providentiā maximis olim perturbationibus liberata, enixè petit, ut Pallium e B. Petri Corpore sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis Officii, nunc tradatur suo nuperrimè electo Patriarchæ R. P. Tobixæ Gazenio Archiepiscopo Cypri: quem non minus Gentis Maronitarum merita, quam sua pietas, et probata in Sanctam Sedem fides, et observantia commendant; ut hunc honorem obtineat, quem habuit decessor suus; quemque, uti est eximia Sanctitatis Vestræ in omnes latè populos, qui Christiano censentur nomine, digna Pontifice Maximo beneficentiā, Orientalis Ecclesiæ Patriarchæ, parum usitato antea exemplo, hoc tempore quinque impetraverunt.

Ea de re R. P. Arsenius Archiepiscopus Helipolitanus Procurator ad Urbem missus, demississimè rogat, ut religiosissima, quæ nunquam ad partes factiosorum, aut errantium declinavit, Ecclesia; constanti Romanæ Cathedræ iudicio, diuturna hujus decoris accessione fruatur; atque id ipsum in genua provolutus, Tobixæ Patriarchæ nomine et verbis, instanter postulat, instantius, et instantissimè.

*Post hæc Sanctissimus Intermissam Allocutionem prosequens, Electionem ipsius Patriarchæ Tobixæ quam libenter, et qua clausula se confirmasse, eidemque optatum Pallium benignè concedere, emissa prius tam hic in Urbe ab ipsius Procuratore, quam in Monte Libano ab ipso met Patriarcha Fidei professione; totam denique Stirorum Maronitarum nationem, ne unquam obliviscantur sinceram suam adhesionem Catholicæ Fidei et Sedi Apostolicæ, monendam esse, eis-*

que simul nomine Pontificio Apostolicam Benedictionem impertiendam, ornatissimis hisce verbis exponere dignatus est.

## ALLOCUTIO SANCTISSIMI.

**A**UDISTIS, Venerabiles Fratres, expositam a legitimo Electi Patriarchæ Procuratore, pro Pallio instantiam. Audistis præterea, quibus illa fundamentis innitatur. In Congregatione negotiis Propagandæ Fidei præposita, jam expensa fuerunt Electionis validitas, Electi merita, quique peractam Electionem consequutus est, omnium assensus et plausus. De his omnibus ad Nos accuratissimè relatatum fuit: Nosque exhibitum a Congregatione consilium sequentes, Electionem ipsam quam libenter confirmavimus. In ipsa Confirmatione clausulam illam prætermisimus, per quam aliæ nonnunquam Electiones validari solent, *etiam quoad substantialia*; quum nihil in ea desideretur ex iis, quæ ad validitatem actus, juxta Orientalem disciplinam, necessaria existimantur; neque verò affirmari pro certo valeat, Occidentalis Ecclesiæ leges, quibus aliquæ inductæ fuerunt substantiales Electionum nullitates, Orientalem quoque Ecclesiam afficere, de qua in ipsis legibus nulla occurrit mentio. Quæ quum ita sint, annuentes precibus ab Electi Patriarchæ Procuratore expositis, libenti animo optatum Pallium ipsi concedimus; ita tamen ut idem legitimus Procurator, nomine illius, a quo constitutus est, priusquam ipsi fiat Pallii traditio, Professionem Fidei emittat, juxta formulam ab Urbano VIII. Prædecessore nostro statutam; et id ipsum subinde fiat ab ipsomet Patriarcha: cui impensè injungimus, ut sups Marenitas moneat, ne unquam obliviscantur sinceram Nationis suæ adhæSIONEM Catholicæ Fidei, et Sedi Apostolicæ, quæ tanto eos amore amplexa est, et completitur; eisdemque simul nostro nomine Apostolicam Benedictionem impertiatur.

9. Vide  
citata  
Epist. Encyclica,  
quæ est  
47. novæ  
huj. Edit.  
vol. II.  
p. 179. n.  
44.

*Postquam absolutum est Consistorium; quoniam præmemorati Patriarchæ Tobiae Procurator R. P. Arsenius Heliopolitanus Archiepiscopus desiderio flagrabat, quo singulari impertito beneficio; Sanctitati suæ; ejusdem Patriarchæ nomine, gratius saltem privatim redderet, quum in publico id facere ei non licuerit: ideo post Consistorium voti compos a Pontifice perhumaniter factus, in intimo suo Cubiculo flexis genibus, hunc in modum verba fecit Arabicè; quæ deinde Latinè a R. P. D. Josepho Simonio Assemano, Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto; Sanctissimi Domini Nostri Prælato Domestico; et utriusque Signaturæ Referendario; reddita sunt.*

### BEATISSIME PATER.

**T**or, ac tanta sunt eximie Tuæ in Antiochenum Electum meum, atque a Te in hoc Augustissimo Consensu confirmatum Patriarcham Tobiam Petrum Gazenium, benevolentie charitatis, ac benignitatis argumenta, ut fateri ultro compellar, vires mihi non suppetere, quo dignas Sanctitati Tuæ grates rependam. Conabor tamen genuinos ipsius Patriarchæ sensus, sinceræque grati animi significationes pro modulo meo palam contestari. Est enim, Sanctissime Pater, est meus Patriarcha, obsequentissimus Apostolicæ Sedis filius, suæque erga Sanctitatem Tuam obedientie signa minimè dubia, non verbis tantum, sed illustribus etiam factis, dedit: tum nempe, quum nullam interposuit moram, quin facto a Te judicio de controversa olim Patriarchali dignitate, statim acquiesceret, constitutoque Auctoritate Tua Patriarchæ Simoni Evodiq; suo proximo Decessori, sese submitteret. Qua agendi moderatione, quantum virtutis suæ opinio omnibus accreverit, datis ad ipsum humanissimis Literis, Beatitudo tua declaravit. Itaque idem ipse, qui jussis Tuis obtemperans, ut teterri-



um illud schisma ex duplici in Patriarcham  
lectione conflatum extingueretur, delata sibi  
ignitate se confestim abdicavit, facile erit  
nicuique animo concipere, quàm sit in poste-  
um luculentiora erga Sanctam Sedem obser-  
antiae suae documenta praebiturus, posteaquam  
t Patriarchalis dignitatis, unanimi Antistitum  
Iaronitarum suffragio collatae, Confirmatione,  
t honore Pallii de Corpore Beati Petri sum-  
ti, ipsum honorificentissime cumulasti. Quam-  
brem sicuti hactenus habuisti, Pontifex Optime  
faxime, Ecclesiarumque Orientalium aman-  
issime, ita nunc, et semper habebis Antio-  
henum Patriarcham Tobiam, et beneficiorum  
tuorum gratum memoremque, et Pontificio-  
um mandatorum observantissimum.



## BREVIA

## SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

*Ad Patriarcham, Archiepiscopos, Episcopos,  
et Proceres Maronitarum.*

I.

Venerabili Fratri Tobiae Petro Patriarchae  
Antiocheno Maronitarum.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**E**T Venerabilem Fratrem Arsenium Archiepiscopum Heliopolis a Fraternitate Tua ad Nos, atque Apostolicam hanc Sanctam Sedem omnium Ecclesiarum Catholici Orbis Matrem et Magistram ablegatum, et humanissimas literas præclaris tuæ erga Nos observantiæ, et debitæ erga eandem Sanctam Sedem reverentiæ, obedienciæque documentis insignes Nobis inscriptas, Nobisque à memorato Arsenio Archiepiscopo redditas, ea, qua Prædecessores nostri Romani Pontifices, Nosque ipsi aliàs prosecuti fuëramus, Pontificia benignitate et Apostolica charitate excepimus. Quemadmodum autem Nobis permolestum accidit nuntium, viam nimirum universæ carnis ingressum, et, uti in justo remuneratore supremo Pastorum Principe JESU CHRISTO sperare decet, ad æterna beatæ stationis in Cœlis tabernacula receptum fuisse cl. mem. Simonem, dum in hu-

manis ageret, Patriarcham Antiochenum multis nominibus commendatum, ita ingenti lætitia in Domino exultavimus, quod Tu, Venerabilis Frater, in ipsius locum et Patriarchalem Sedem per unanimum Venerabilium Fratrum Antistitum Suffragantium concordiam electus, suffectusque fueris. Nobis sanè compertum, exploratumque erat, Fraternitatem Tuam Sacerdotalibus, Pastoralibusque virtutibus insignitam, in excolenda Christi Vineâ Tibi commissa laudabiliter adlaborare; atque adeo Nobis pro certo pollicemur, Te, Venerabilis Frater, majori dignitate, auctoritate, et honore cumulatum, majori sollicitudine, vigilantia, operaque fore adnixurum, ut istam inclytam Maronitarum Nationem, de qua districtam æterno Judici JESU CHRISTO rationem reddere debes, Apostolicæ huic Sanctæ Sedi semper addictissimam, et veluti solem inter offusissimas tot errorum tenebras, et caligines lucidius præfulgentem, magis magisque confirmes, illustres, adaugeas, et promoveas. Porrò quod ad Electionem tuam a Nobis probandam, confirmandamque, Palliumque de Corpore Sancti Petri Apostolorum Principis sumptum Tibi mittendum, enixis precibus exposcis, Fraternitati Tuæ persuasum esse cupimus, Nos, a gravissima diuturna que infirmitate sensim per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam convalescentes, ubi Nobis integrum fuit, ne quidquam per Nos moraretur, e lecto Secretum cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Consistorium habuisse. In hoc itaque Consistorio Electionem tuam approbavimus, et Apostolica auctoritate nostra confirmavimus, Palliumque de more Tibi tradendum mandavimus, prout ex aliis nostris Apostolicis Litteris plenius intelliges. Nec dubitamus, quin idem Arsenius Archiepiscopus Alegatus tuus, a quo et Pallium accipies, de omnibus per Nos in hoc negotio actis gestisque Fraternitatem Tuam fusiùs edoceat.

Præterea Fraternitatem Tuam, quam plurimi facimus, magnoque honore prosequimur, et Apostolica caritate in vinculo unitatis complectimur, vehementer rogamus, atque in Domino hortamur, ut nostram imbecillitatem in ferventioribus tuis apud Deum obsecrationibus commendatam habere satagas. Cæterum, Venerabilis Frater, bono animo esto, prædica verbum, ipsta opportunè, importunè, argue, obseca, increpa in omni patientia et doctrina, vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple, certa bonum certamen Fidei, apprehende vitam æternam cum corona justitiæ, quam repositam digne laborantibus in Cœlo reddet Tibi quoque Dominus in illa die justus Judex. Nos interim ad prosperi successus, divinique præsidii auspiciam, et studiosæ nostræ ad Fraternitati tuæ, universæque Maronitarum Nationi, cum opportuna sese dederit occasio, gratificandum voluntatis pignus, Apostolicam Benedictionem uberrima cum cœlestium charismatum copia conjunctam, Tibi, Venerabilis Frater, eidemque Maronitarum Nationi tuæ, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Aprilis MDCCLVII. Pontificatus nostri Anno Decimo septimo.

*Cæteranus Amatus.*



## II.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis , et  
Episcopis Patriarchatus Antiocheni Nationis  
Maronitarum.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabiles Fratres, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**N**ON possumus sanè satis aptis verbis expli-  
care, Venerabiles Fratres, et dolorem, quo  
affecti sumus ob interitum clar. mem. Simo-  
nis, dum viveret, Patriarchæ vestri Antio-  
cheni meritis laudibus nominandi, et ingentem  
Pontificii cordis nostri lætitiã inde conce-  
ptam, quod Fraternitates Vestræ tanta cum  
animorum alacritate et consensione, tantaque  
cum celeritate et sollicitudine, ne quidquam  
detrimenti interea temporis viduata Pastore  
suo Patriarchalis Sedes Antiochena pateretur,  
legitimè et canonicè eligere, et in Patriarcham  
vestrum constituere studueritis Venerabilem  
Fratrem Tobiam Petrum Cypri Archiepiscopum.  
Nos autem, statim atque faustum de Electione  
hujusmodi nuntium ad Nos perlatum fuit per  
humanissimas et ipsius Tobix Petri electi, con-  
stitutique Patriarchæ, et Fraternitatum Ve-  
strarum, ac dilectorum filiorum Procerum  
Maronitarum litteras, Supremo Pastorum Prin-  
cipi JESU CHRISTO, cujus vices in terris  
planè immerentes gerimus, immortales agere  
gratias non omisimus. Nulla igitur gravissimæ,  
diuturnæque infirmitatis nostræ ratione ha-  
bita, lecto etiam decumbentes, Secretum cum  
Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Car-  
dinalibus Consistorium habere voluimus, ut  
quamcitissimè peragerentur de more omnia,  
quæ ad Electionem hujusmodi Apostolica au-

fratrem Fraternalitatem Tuam, quam  
 facinus, magnaque honore prosequi  
 Apostolica caritate in vinculo uniti  
 plectimur, vehementer rogamus, alio  
 mine hortamur, ut nostram imbeci-  
 ferventioribus tuis apud Deum obs-  
 commendatam habere satagas. Ceterum  
 venerabilis Frater, bono animo esto  
 verbum, ista opportunè, importu-  
 abere, increpa in omni patientia et  
 vigila, in omnibus labora, opus fa-  
 lare, ministerium tuum imple, ce-  
 ortamen Fidei, apprehende vitam  
 cum corona justitiæ, quam repositi-  
 liberabilibus in Cælo reddet Tibi qui  
 natus in illa die justus Judex. Nos  
 prosperi successus, divinique præs-  
 ens, et studiosæ nostræ ad Fratrem  
 universæque Maronitarum Nationi,  
 portuna sese dederit occasio, grati-  
 voluntatis pignus, Apostolicam Bene-  
 volentiam cum cælestium charismatum  
 conjunctam. Tibi, Venerabilis Frater  
 que Maronitarum Nationi tuæ, per  
 scriptur.

Factum Romæ apud Sanctam Mariam  
 in sub Annulo Piscatoris die XII-  
 BRUCLVII. Pontificatus nostri Anno I-  
 septimo.

Cajus An



ctoritate approbandam, confirmandamque, et ad Pallium de Corpore S. Petri Apostolorum Principis sumptum laudato Tobiaë Petro Patriarchæ vestro mittendum, tradendumque, semper servata fuerè. Quamobrem Vos, Venerabiles Fratres, de hisce per Nos actis certiores facientes, Vobiscum ex animo gratulamur; atque insimul bonorum omnium largitorem Deum, qui dat affluenter omne donum optimum, et ad æternam animarum salutem semper profuturum, supplices exoramus, ut Fraternitates Vestras nova virtute induat ex alto, quo de virtute in virtutem crescatis in Templo Sancto Dei, et magis magisque satagatis vigilare, custodire, ac per viam mandatorum Dei ducere populos pastoralis curæ vestræ commissos. Hinc profectò factum fore in Domino confidimus, ut consentanea virtutibus laboribusque yestris merces tribuatur a justo remuneratore Deo. Interea hujus voti nostri auspiciem, et Pontificiæ nostræ erga Fraternitates Vestras benevolentiaë testem esse cupimus Apostolicam Benedictionem, in populos quoque vestræ curæ creditos redundaturam, quam Vobis, Venerabiles Fratres, peramanter impertimur,

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Aprilis MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

*Cajetanus Amatus.*





## III.

Dilectis Filiis Proceribus Maronitis.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecti Filii, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

QUAM præclaram de vestra omnisque inclytæ Maronitarum Nationis Catholica sinceraque Fide, et constanti Apostolicæ huic Sanctæ Sedi adhæ- sione opinionem Prædecessores nostri Romani Pontifices, Nosque ipsi semper habuimus, magis magisque confirmaverunt humanissimæ vestræ literæ, quas unà insimul cum literis Venerabilium Frátrum tum Tobixæ Petri Archiepisc. Cypri in Patriarcham Antiochenum vestrum electi, tum cæterorum Nationis vestræ Antistitum conjunctas ad Nos attulit Venerabilis item Frater Arsenius Archiepiscopus Heliopolis. Per ipsas sanè literas vestras explicare studuistis, et filialem vestram erga Nos, et Apostolicam hanc Sanctam Sedem observantiam, reverentiamque, et Electionem de eodem Tobia Petro in Patriarcham unanimi memoratorum Antistitum consensu, Vobisque plaudentibus factam. Nos autem Vobis omniumque studiis benignè annuentes, nihil omisimus, quod ad hujusmodi negotium Apostolica auctoritate nostra peragendum, conficiendumque requirebatur. Quamobrem hoc unum superest, ut Vobis, dilecti Filii, quos paterna Pontificiaque caritate complectimur, ab Omnipotenti Deo bonorum largitore uberrimam cœlestium charismatum copiam apprecemur; atque vestram pietatem religionemque meritis laudibus celebremus. Interim, Dilecti Filii, Vobis Apostolicam Benedictionem, perenne nostræ erga Vos præcipuæ

benevolentiae, dilectionisque testimonium, per-  
amantur impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub  
Annulo Piscatoris die xxx. Aprilis MDCCLVII.  
Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

*Cajetanus Amatus.*



# APPENDIX ALTERA

## TOMI QUARTI

*IN QUA CONTINUATIO CONSTITUTIONUM,  
EPISTOLARUM, etc. BENEDICTI XIV.  
USQUE AD EJUS OBITUM.*



## APPENDIX ALTERA

### AD TOMUM IV.

EPISTOLA SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
BENEDICTI PAPÆ XIV. ad Reverendis-  
simum Dominum Ignatium Realem primum  
Pontificiarum Cæremoniarum Magistrum de  
celebratione Missæ a sedente.

*Dilecto Filio Magistro Ignatio Reali Apo-  
stolicarum Cæremoniarum præfecto.*

### BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, salutem et Apostolicam  
Benedictionem.*

**Æ**STAS anni 1756. proximè præteriti variis cor-  
poris afflictationibus Nos oppressit, quas ætus  
nostra gravis admodum, atque non intermissi  
a prima juventute labores progignere videbantur.  
Morbi initium, prout fieri assolet, leviozem vim  
exerebat; hinc a Nobis ipsis Episcopatus Ordine  
insigniendum esse reputavimus Reverendissimum  
Dominum Carolum Camucium Justinopolis, sive  
Ægidæ Antistitem, cui rei perficiendæ Tu utpote  
primus Cæremoniarum Magister opportuna quæ-  
que disposuisti, et de qua Nos die 20. Octobris  
1756. epistolam dedimus ad Præsulem ordinan-

(†) Hujus dum, quam typis impressam quartus Bullarii  
Edit. vol. nostri Tomus propediem lucem publicam visurus  
12. p. 60. numero LXIV. (†) exhibebit,



## APPENDIX ALTERA

### AD TOMUM IV.

LETTERA DELLA SANTITA' DI NOSTRO  
SIGNORE BENEDETTO PAPA XIV. AI  
Monsignor Ignazio Reali primo Maestro delle  
Cerimonie Pontificie, sopra il celebrare la  
Messa sedendo. s

*Dilecto Filio Magistro Ignatio Reali Apo-  
stolicarum Cœremoniarum præfecto.*

### BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili, salutem et Apostolicam  
Benedictionem.*

**N**ELL' Estate dell' anno prossimo passato 1756. incominciammo a provare nella nostra complessione naturale varj pregiudizj e danni, cagionati in parte dalla grave età in cui ci ritroviamo, ed in parte dalle incessanti fatiche intraprese, e sopportate dai primi anni della nostra gioventù sino all' ultima nostra vecchiaja. Conforme suol accadere, il nostro male non fu tanto grave nel suo principio; per lo che credemmo di non esentarci dal consecrare in Vescovo di Capo d' Istria Monsignor Carlo Camucio, funzione da lei, come nostro Maestro di Cerimonie, molto bene diretta, e sopra la quale fu da Noi sotto il giorno 20. d' Ottobre 1756. scritta un' Lettera al Prelato che dovea consecrarsi; la quale fu anche data alle stampe,

II. *Malum, quod in suo exortu levius videbatur, progressu suo exasperatum est haud mediocrèter; insequentibus quippe mensibus bis morientium viatico muniti, bis extremum inuncti, et bis pariter, juxta Romanorum Pontificum probatum morem fidem sumus professi. E gravissimis hisce discriminibus erutos Domini benignitas in eam nos constituit corporis habitudinem, qualis nunc est, quæque intelligentiæ facultatem adeo Nobis non eripuit, minuitve, ut divino beneficio eam in ipso-augescentis morbi furore conservaremus immotam: Exteris non minùs, quàm publicarum rerum curam gerentibus nos alloquendi facultatem concedimus, opportuna mandata singulis imponentes: Intersumus Consessui, quem Consistorium dicunt, et S.<sup>o</sup> Officii Congregationi semel in hebdomade sub nostro obtutu haberi solitæ: Scriptorum calamus pro exigentia, et more quæ occurrunt necessaria excipit: Basilicas quoque Romanæ Urbis invisimus quandoque, nusquam tamen a sede gestatoria, qua sustinemur descendentes.*

III. *Dies erat 28. Octobris Divis Simoni, et Judæ Apostolis sacra, et Justinopolitani Antistitis consecratione celebrata, ex qua Sacris amplius operati non sumus, pedibus nulla ratione Nos sustinere valentibus; diebus verò, quibus alioqui Sacra facere consueveramus, sacram Eucharistiam recepimus sedentes, aut sedentis in modum lecto incubantes, neque sub id temporis Missam a Nobis celebrari posse sperabamus, quod Medici spem Nobis fecissent mitigatæ ætatis benefico aère omissa interea compensatum iri. Verùm nihilò firmiores effecti temporis illa vicissitudine etiam annua, videbamur per*

che è ancora inserita nel IV. tomo del nostro Bollario, che quanto prima sarà pubblicato colle stampe, ed è in ordine la LXIV.

II. Il male che dal suo principio non diede tutta l'apprensione, nell' andare avanti fece progressi non ordinarij, imperocchè ne' mesi susseguenti fummo due volte comunicati per Viatico; due volte ricevemmo l'Estrema Unzione; e due volte, giusta il lodevole costume de' Pontefici Romani, facemmo la Professione della Fede. Dopo tutti questi gravissimi pericoli è piaciuto al Signore Iddio di metterci nello stato presente, in cui ci ritroviamo, ed in cui abbiamo la testa libera, come per misericordia dell' Altissimo abbiamo sempre avuta nel furore del male; diamo del continuo udienza a chi la chiede: ammettiamo del continuo all'udienza i nostri Ministri: diamo loro le opportune providenze ne' bisogni che ci espongono: facciamo il Concistoro ne' giorni ne' quali s' intima, ad esso interveniamo, come pure alla Congregazione del S. Ufficio, che si tiene avanti di Noi una volta la settimana: dettiamo secondo il solito agli amanuensi quanto occorre e fa di bisogno, e qualche volta ancora visitiamo le Basiliche, e le Chiese di Roma, senza però escire dalla sedia a mano, in cui sedendo partimmo dal Palazzo Apostolico, e ci facemmo portare alle predette Basiliche, e Chiese.

III. La Consecrazione di Monsignor Vescovo di Capo d'Istria fu fatta da Noi nel giorno 28. di Ottobre dell' anno passato, giorno dedicato alla commemorazione dei SS. Simone, e Giuda: e da quel giorno sino al giorno presente non abbiamo mai celebrata la Messa: non essendo possibile, che a Noi riessea lo stare in piedi. Abbiamo però sempre ricevuta la sacra Eucaristia in quei giorni, nei quali secondo il solito avressimo celebrata la Messa, se non fossimo stati impediti; e la Comunione è stata ricevuta da Noi o sedenti in una sedia, o per lo più stando nel letto, e stando in esso a

*reliquam vitam omnem pedum juvamine, et spe simul augusta mysteria celebrandi excidisse, jamque huic necessitati lubentes obtemperabamus. Id porro solum est reliquum, ut disquiramus, semperne Sacra Communionem simus reficiendi, aut verò Missa sit celebranda sedentibus?*

*IV. Lubentes Nos huic necessitati cessisse diximus; neque enim a DEO sive vitam, sive infirmitatis ablationem petivimus, Sanctissimæ ejus voluntati omni cordis plenitudine, et sinceritate subjecti, certi, Ipsum et animæ nostræ, et Ecclesiæ, et Sedis Apostolicæ curam habiturum, concesso etiam aliquo vitæ spatio. Diximus præterea tempus adesse, quo determinandum esset, pergendumne in consueta hucusque Sacræ Eucharisticæ sumptione, an verò Missa esset celebranda sedentibus. Cùm verò Salomon Prov. cap. 3. hortetur: ne innitaris prudentiæ tuæ, quæ eadem verba in decretali ne innitaris, de Constitutionibus laudata sic illustrat Jansenius in Proverbia: vetat niti suæ prudentiæ, quod est sic illi fidere, quasi illa sufficiat ad directionem actuum nostrorum, et provisionem rerum necessariorum. Similiter Salazar in eodem Proverbiorum locum num. 26. cum S. Joane Chrysostomo observat, hac lege teneri etiam senes quantumcumque rerum experientia præditos, et quocumque prudentiæ baculo suffultos: Baculus, inquit Chrysostomus, senectutis sustentatio est. Quaproptèr dixerim, eò spectasse Salomonem, ut his verbis suadeat, sapientiæ, vel prudentiæ*



sedere : nè in questo tempo abbiamo mai pensato a celebrare la Messa , per la speranza datici dai Professori , che venuta nell'estate la stagione calda , avressimo pel beneficio d'essa riacquistato ciò che avevamo perduto. Ma nulla avendo conseguito , ed essendo restati inabili come prima , ed avendo già sperimentate tutte le stagioni nel decorso d'un anno ; ci sembra d'aver avuta la sentenza , da Noi ben volentieri accettata , di dover nel rimanente di nostra vita esser impediti , come ora siamo , e non potere per conseguenza reggerci in veruna maniera su i piedi. Per lo che è necessario il vedere , che partito dobbiamo prendere ; cioè , se dobbiamo continuare ricevendo la santa Comunione ; o se dobbiamo procurare di celebrare la Messa stando a sedere.

IV. Si è detto , aver Noi ben volentieri accettata la sentenza ; non avendo mai pregato Dio nella nostra grave malattia di vivere , o di guarire dal male. Ci siamo sempre con pienezza , e sincerità di cuore rimessi in tutto e per tutto nella sua santissima volontà , ben sicuri , che non si sarebbe scordato dell'anima nostra , nè tampoco del governo della Chiesa , e di questa S. Sede Apostolica , quando la sua Divina volontà fosse stata , che dovessimo anche per qualche tempo sopravvivere. Si è detto , esser venuto il tempo di dover risolvere , se dobbiamo continuare ricevendo l'Eucaristia , come abbiamo fatto sin ora , o pure dire la santa Messa sedendo. Ma , perchè Salomone *nel cap. 3. de' Proverbj* dice  $\equiv$  *Ne innitaris prudentiæ tuæ*  $\equiv$  parole ancora , che si leggono nella Decretale *Ne innitaris , de Constitutionibus* ; e Giansenio *sopra i Proverbj* così soggiugne  $\equiv$  *Vetat niti suæ prudentiæ , quod est sic illi fidere , quasi illa sufficiat ad directionem actuum nostrorum , et provisionem rerum necessariorum*  $\equiv$  ed il Salazar *sopra il detto testo de' Proverbj ul num. 26.* osserva con S. Gio : Grisostomo , che a questa legge sono ancora sottoposti i vecchj. non ostante

propriæ non inniti. Nam, si qui possent certò propriis consiliis, et prudentiæ fidere, maximè senes, et grandævi, propter experimentum, et canos. Ait ergo: ne prudentiæ, quasi baculo, innitaris: id est, etiamsi ad senectam pervereris, cum opus est baculo, ne tunc quidem tua prudentia, quasi baculo utaris: *Hinc est, quod Nos, adductis in utramque partem argumentis, sive pro sumenda ulterius Communione, sive pro celebranda Missa sedendo militantibus, statuimus hanc nostram lucubrationem variorum pietate, et doctrinâ conspicuorum virorum trutinacioni committere, ut secundum illorum iudicia, quæ agenda sint constituamus. Æneas Sylvius Piccolominus, postea Pius II. in Pontificia dignitate dictus, in epistola ad Martinum Mayer Mogunensis Archiepiscopi Cancellarium data, et in ipsius Commentariis Romæ 1584. edita necessitatem exponit, qua Pontifex alios consulere tenetur: Papa etsi doctus, et sapiens est, non tamen tam verbo suo sapit, quàm consilio assistentium; et deciperetur forsitan aliquando, nisi astarent viri sapientes qui multa noscant. Magno nobis documento, qui nec sapientia, nec doctrina præcellimus, in negotio præsertim Nos ipsos concernente, in quo amor proprius Nos insigniter posset decipere absque aliorum prudenti consilio.*

la lunga esperienza degli affari, e che abbiano un bastone, a cui si possano appoggiare = *Baculus, inquit, Chrisostomus, senectutis sustentatio est. Quapropter dixerim, eo spectasse Salomonem, ut his verbis suadeat, sapientiae, vel prudentiae propriae non inniti. Nam, si qui possent certò propriis consiliis et prudentiae fidere, maximè senes, et grandævi, propter experimentum, et canos. At ergo: ne prudentiae, quasi baculo, innitaris: id est, etiamsi ad senectam perveneris, cum opus est baculo, ne tunc quidem tua prudentia quasi baculo utaris* = quindi è, che dopo aver Noi dedotte in questa Lettera, per l'una, et l'altra parte le ragioni che possono assistere o al proseguire la Comunione, come insino ad ora si è fatto, o al celebrare la Messa sedendo, siamo risoluti di confidare queste nostre fatiche a varj uomini da bene, e dotti, per prendere poi risoluzione, dopo aver inteso il loro consiglio. Il Cardinal Enea Silvio Piccolomini, che dipoi, fatto Papa prese il nome di Pio II. nella sua celebre Lettera scritta a Martino Mayer Cancelliere dell' Arcivescovo di Magonza, e stampata ne' Comentarj dell' edizione di Roma del 1584. espone la necessità che ha il Papa di prendere consiglio, colle seguenti parole: *Papa etsi doctus, et sapiens est, non tamen tam verbo suo sapit, quàm consilio assistentium, et deciperetur forsitan aliquando, nisi astarent viri sapientes qui multa noscant.* Questo è un grande avvertimento per Noi, che non siamo nè dotti, nè sapienti, e che abbiamo alle mani un affare, che non è affare d'altri, ma nostro, ed in cui senza il lume dell' altrui consiglio l'amor proprio potrebbe far travedere.

## COMMENTATIO.

Satisne sit, sacram Communionem recipere, more hactenus a Pontifice servato, an Missam celebrare sedendo.

*V. Ut ordinatim procedamus, exponemus primo loco quæ recipiendam porrò Communionem concernunt, omissa celebratione Missæ a sedente perficienda, inde gradum facturi ad partem alteram, quæ Communionis loco Missam a sedente celebrari permittit.*

*VI. Docet S. Thomas 2. 2. quæst. 93. art. 1. Ad secundum: justos ante legem interiori quæpiam instinctu didicisse modum DEUM colendi, quem alii quoque fuerint imitati: ante tempus Legis justis per interiorum instinctum instruebantur de modo colendi Deum, quos alii sequebantur. Per Legem verò postmodum inducta fuisse præcepta externa, quibus ad ea perficienda, et instruebantur, et adstringebantur homines: postmodum verò exterioribus præceptis, pergit Angelicus Doctor, circa hoc homines sunt instructi quæ præterire pestiferum est.*

*VII. Abrogata postmodum per Christi adventum Mosaicæ Legis observantia, et Evangelio promulgato, non quidem omnes ritus ad Sacramentorum administrationem, Missæque celebrationem pertinentes ab Apostolis fuere instituti, sed eorum plerique ab Ecclesia præscripti, quod tamen minimè evincit, quin omnes ad amissim sint observandi. Suarez Tom. 3. in 3. part. D. Thomæ quæst. 83. art. 5. disput. 84. sect. 1. post relata S. Pauli Apostoli verba 1. ad Corinth. 14. omnia secundum ordinem fiant in vobis: inquit, adactam fuisse Ecclesiam ad constituendum ordinem stabilem circa res etiam*

## RIFLESSIONI.

Sopra il proseguire a ricevere la Comunione, come si è fatto sino ad ora, lasciando il celebrare la Messa sedendo.

V. Per camminare con ordine, esporremo in primo luogo quanto riguarda il continuare la santa Comunione nel modo fin ora praticato, lasciando di celebrare la Messa sedendo; per far poscia passaggio all' altra parte, in cui si ammette la celebrazione della Messa sedendo, lasciando da parte il costume di ricever sempre la sacra Comunione, come sin ora si è fatto.

VI. L' Angelico Dottore S. Tommaso 2. 2. qu. 93. art. 1. *Ad secundum* insegna, che avanti il tempo della Legge i giusti pel mezzo d' un interiore istinto erano istruiti del modo d' onorare Iddio, a cui poscia gli altri aderivano; *Ante tempus Legis justis per interiore instinctorum instruebantur de modo colendi Deum, quos alii sequebantur*: e che poi nella Legge furono stabiliti i precetti esteriori, de' quali restarono gli uomini a sufficienza istruiti, ed obbligati all' adempimento d' essi: *Postmodum verò exterioribus præceptis*, prosiegue S. Tommaso, *circa hoc homines sunt instructi quæ præterire pestiferum est.*

VII. Terminata poi l' osservanza della Legge Mosaica, e l' obbligo di adempirla per la venuta di Cristo, e fattosi luogo al Vangelo, benchè non ogni rito spettante all' amministrazione de' Sacramenti, ed alla Messe, sia stato istituito dagli Apostoli, ma molti e molti siano stati istituiti dalla Chiesa, ciò non toglie che questi pure debbano adempirsi ed osservarsi. Il Suarez nel tom. 3. in 3. part. D. Thom. quæst. 83. art. 5. disp. 84. sect. 1. dopo aver portato le parole dell' Apostolo S. Paolo nella 1. ad Corinth. 14. *Omnia secundum ordinem fiant in vobis*: dice, essere stata la Chiesa ne-

*minutissimas spectantes ad ritum administrandi Sacramenta, et Missæ celebrandæ: et ideo oportet in his omnibus, etiam minutissimis certum ordinem ab Ecclesia constitui: si namque cujusque arbitrato id fuisset relictum, multa indecore, et imprudenter fierent: quid quod eadem omnis rituum ratio et Ecclesiæ unitatem commendet, et intentam Pastorum sollicitudinem? Hæc uniformitas, quæ in his omnibus servatur, ad splendorem officii Ecclesiastici spectat, et unitatem Ecclesiæ commendat, et Pastorum ejus curam, ac sollicitudinem.*

*VIII. Jam verò ut ad materiæ nobis propositæ fundum mittamus bolidem, Generales regulæ, quas rubricas dicunt, Romani Missalis Tit. 17. vetant sessionem in Missis privatis, quam tamen concedunt in solemnibus, dum Kyrie, Gloria, et Credo a Choro decantatur. Tridentinum verò Concilium Sess. 7. de Sacramentis in genere can. 13. omnem quantulamcumque mutationem rituum prohibet, et S. Pii V. Bulla Missali præfixa rubricarum observationem exigit omnimodam. Ex quibus perspicuum videtur, quod, si quis alio modo, quam sedendo celebrare missam nequeat, Communionem Laicorum more contentus, a celebratione abstinere teneatur.*

*IX. Quid verò, si quis ad sedentariæ Missæ celebrationem dispensetur? Verùm, cum Rubricæ sessionem prohibeant, videtur illa irreverentiam continere, quæ dispensationis remedio non tollitur. Theophilus Raynaudus in opere inscripto: Sacrum Christianum Apathistum, seu sessionis expers. Tom. 6. pag. 498. §. 4. et seqq. dilucide illam irreverentiam docet. Extat quoque opusculum S. Petri Damiani numero 39. editionis anni 1743., in quo Episcopum Bisunti-*

cessitata a costituire ne' sacri riti spettanti all' amministrazione de' Sacramenti, ed alla celebrazione della Messa, un ordine fisso anche alle cose più minute: *Et ideo oportet in his omnibus, etiam minutissimis, certum ordinem ab Ecclesia constitui*: riflettendo, che, se le cose si fossero lasciate all' arbitrio di ciascheduno, *multa indecore et imprudenter fierent*: e che l' uniformità nelle predette cose serve per lodare l' unità della Chiesa, e la cura e sollecitudine de' Pastori: *Hæc uniformitas, quæ in his omnibus servatur, ad splendorem officii Ecclesiastici spectat, et unitatem Ecclesiæ commendat, et Pastorum ejus curam ac sollicitudinem.*

VIII. E però, venendo al caso nostro, se nelle Rubriche generali del Messale Romano *al tit. 17.* non si amette il sedere nella Messa privata; ma bensì nella Messa solenne, quando si cantano dal Coro il *Kyrie*, la *Gloria*, ed il *Credo*, se quanto ivi è prescritto, deve esattamente eseguirsi esclusa qualsisia mutazione, secondo la definizione del sacro Concilio di Trento *alla sess. 7. de Sacramentis in genere can. 13.* e la Bolla di S. Pio V. prefissa al Messale, in cui si comanda un' esatta osservanza di quanto è prescritto nelle sopradette Rubriche; sembra restar chiara la conseguenza, che non essendo permesso il sedere nella Messa privata, chi senza sedere non la può celebrare dee contentarsi di ricevere la sacra Comunione *more laicorum*, lasciando di celebrarla.

IX. Ben vediamo, che si può replicare, che l' argomento prova, non doversi celebrare la Messa senza l' opportuna dispensa, non escludendo il celebrarla colla dispensa. Ma subentra la replica; ed è, che il celebrare la Messa sedendo, quando la Rubrica non lo permette, è una specie di disprezzo, che non può levarsi pel mezzo della dispensa. Teofilo Raynando nella sua Opera intitolata: *Sacrum Christianum Acahistum, seu sessionis experts, al tom.*

num hortatur ad arcendum a sua Diœcesi opprobrium ignominiosæ sessionis : In Decreto etiam Gratiani gemini hanc in rem Canones adducuntur, 57. videlicet, et 68. de Consecrat. dist. 1. primus ita habet : Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad Missarum solemniam celebranda præsumat cum baculo introire. Alter verò ita sonat ; Apostolica auctoritate mandamus, dum sancta Evangelia in Ecclesia recitantur, ut Sacerdotes, et ceteri omnes præsentés, non sedentes, sed venerabiliter curvi in conspectu Evangelii stantes, Dominica verba intentè audiant, et fideliter adorent.

X. Neque sermo Nobis est de dispensatione ad celebrandam Missam a sedente, qui tamen Canonem stans absolvat, quod aliàs concessum scimus, sed agitur de integra Missa sedendo celebranda, cujus exemplum haud extare dicitur : Pasqualigus de Sacrificio novæ Legis Tom. 1. quæst. 227. quærit : An sacerdos dum celebrat, sedere possit? atque negativè resolvens propter obstantem irreverentiam, ad Pontificiam dispensationem deflectens quæstionem, ait ; illam non oportere concedi ad integram Missam; convenientius fore, si Sacerdos ob pedum debilitatem integram Missam absolvere nequeat, intermisso tantisper continuo ordine, sedendo vires resumat. Satius esset, quod potiùs interrumperet Missam, et sedens quiesceret ad recuperandas vires quam sedendo celebraret. Id quod fieri vidimus ab homine pio, et docto Inquisitore Perusino, qui juxta tenorem obtentæ dispensationis omnes absolvendo Canonis tempus explere stando non poterat, pedibus officium suum denegantibus.



6. pag. 498. §. 4. e seg. pone in chiaro il sopradetto disprezzo. Evvi pure un Opuscolo di S. Pier Damiano : che è il 39. al tom. 3. della stampa del 1743. in cui persuade al Vescovo Bisuntino, che dalla sua Diocesi tenga lontano *opprobrium ignominiosæ sessionis*. E nel Decreto di Graziano sono registrati due Canonî, il 57. ed il 68. de *Consecratione dist. 1.* nel primo de' qual così si legge : *Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire* : e nel secondo si ritrovano queste altre parole : *Apostolica auctoritate mandamus, dum sancta Evangelia in Ecclesia recitantur, ut Sacerdotes, et cæteri omnes præsentés, non sedentes, sed venerabiliter curvi in conspectu Evangelii stantes, Dominica verba intentè audiant, et fideliter adorent.*

X. Tanta più che ora non si parla d'una dispensa di celebrare la Messa sedendo, stando però in piedi in tutto il tempo del Canone, come altre volte è stato concesso; ma di celebrare la Messa intera stando a sedere; e così ancora nel tempo del Canone, della qual dispensa si dice non ritrovarsi esempio Il Pasqualigo de *Sacrificio novæ Legis tom. 1. quæst. 227.* propone la questione, *An Sacerdos, dum celebrat, sedere possit?* e dopo aver risposto di no' pel motivo dell'irriverenza, parlando in ultimo della dispensa Papale : dice, che non sarebbe conveniente il concederla, quando la dispensa dovesse comprendere tutta intera la Messa; ma che piuttosto sarebbe cosa praticabile, se, non potendo il Sacerdote stare in piedi tutto il tempo del Canone, interrompesse la Messa, e andasse a sedere, prendendo in quella maniera il necessario riposo : *Satius esset, quod potiùs interrumperet Missam, et sedens quiesceret ad recuperandas vires, quàm sedendo celebraret* : il che Noi abbiám veduto praticare da un uomo dotto e da bene, che era Inquisitore di Perugia, e che non poteva

XI. *Superflua fortè videbuntur hactenùs adducta contra Missam sedentariam, præsertim si de Canone pariter sermo instituatür; cum sessionis prohibitio non a Lege Naturæ, aut DEI, sed positiva solummodo inducta sit: Pontifex autem Romanus cum omni positivo jure sit superior, facillimè eidem derogando veniam facere poterit Missam omnem, ipsumque adeo Canonem sedendo absolventi.*

XII. *At verò meminisse oportet, esse casus nullo aut naturæ, aut Divino jure prohibitos, in quibus tamen Pontifex neutiquam dispensare consuevit, quamvis soli positivæ Legi derogaturus.*

XIII. *Non convenit inter Theologos, an matrimonium inter fratrem et sororem, jure naturali, Divino, vel humano prohibeatur: Certè S. Thomas, Gonzalez, Pontius, Parisius, et Aversa solam juris positivi prohibitionem agnoscunt; neque tamen ullo probato testimonio evincitur, a quopiam Pontifice admissas fuisse præces fratris, et sororis matrimonii vinculo invicem ligari petentium: quæ enim a Sanctæ Sedis hostibus proferuntur exempla, falsa sunt. Institit equidem Henricus VIII. Angliæ Rex vehementer apud Clementem VII. ut spurio ipsius filio Ducì Richemundensi ducere liceret Mariam, e legitimo Henrici, et Catharinæ thoro prognatam, repulsam verò tulit illico; similiter dispensatio illa, cujus obtentu Dux Armeniacensis Sorori suæ nupserat, subreptitia omnino erat, cum Calixtus III. constanter eam concedere recusaverit. Hæc uberius relata, et comprobata reperies apud Rigantium in Reg. 49. Cancellariæ a num. 13. ad 17. Nosque viri hujus mentionem honorificam eo facimus libentius, quod nostrum, dum in minoribus essemus con-*

stare in piedi tutto il tempo del Canone , come doveva fare , a tenore della dispensa , per la gran debolezza , a cui era sottoposto.

XI. Sappiamo , parere superfluo taluno quanto sin ora si è detto contra il celebrare la Messa sedendo , e particolarmente quando il sedere comprende ancora il tempo del Canone ; poichè derivando la proibizione del sedere nel detto tempo dal jus positivo , e non dalla Legge Divina , o naturale , ed essendo il Romano Pontefice superiore al jus positivo , può con ogni facilità derogare ad esso , e per conseguenza concedere di poter sedere celebrando la Messa o fuori del tempo del Canone , o anche nel tempo del medesimo.

XII. Ma chi la discorre così , non ha presenti que' casi , ne' quali il Romano Pontefice non concede dispensa , ancorchè , concedendola , non deroghi , che al jus positivo , nè offenda il Jus Divino , o naturale.

XIII. Si controverte fra i Teologi , se sia proibito dal Jus Divino , o naturale , o pure dal solo jus positivo il matrimonio tra fratello e sorella ; e S. Tommaso , il Gonzalez , il Pontio , il Parisio , l'Aversa riducono la proibizione al solo jus positivo : e ciò non ostante , non si ritrova esempio di verun Pontefice Romano , che abbia ammesse le suppliche del fratello che voleva maritarsi colla sorella : essendo falsi gli esempj , che dagli inimici della Santa Sede si portano per la concessione della dispensa ; ed essendo solamente vero quello d'Arrigo VIII. Re d'Inghilterra , che avendo con gran premura domandato al Pontefice Clemente VII. che il Duca di Richemont suo figlio bastardo potesse maritarsi con Maria figlia legittima di lui e della Regina Caterina , ebbe una pronta repulsa ; ed essendo pur vero l'altro esempio del Conte d'Armagnac , che si maritò colla sorella col mezzo d'una dispensa , ma falsa , di Calisto III. che sempre ricusò di concederla. Vedasi il tutto pienamente riferito e comprovato

*stituti, amicitiam peculiarem singularibus animi dotibus, et utilissimo illarum usu sibi vindicaverit.*

*XIV. Matrimonium in primo affinitatis gradu lineæ rectæ jure tantum positivo interdicitur, asseritque Silvius magni nominis Theologus, Pontificem dispensare posse cum vitrico, et privigna; ad hunc verò diem Pontificum nullus extitit, qui ex causa etiam gravissima dispensaverit in primo affinitatis gradu lineæ rectæ, prout ostensum a Nobis est lib. 9. de Synodo Diocesana cap. 13. num. 4. edit. noviss.*

*XV. Impedimentum criminis secuta etiam conjugis occisione a positivo jure est stabilitum, quod patet ex Hebraica Lege matrimonium post copulam, et conjugis occisionem irritum non agnoscente: atque Ipsi probè meminimus, rejectam esse a Tribunali Sancti Officii, cui in minoribus a consiliis eramus, petitionem Judæi cujusdam criminis impedimentum Hebræorum matrimonii opponere volentis, si post conjugis occisionem fuissent contracta. Sanè nemo Davidis cum Bethsabea matrimonium irriuum tradidit, quanquam adulterium præcesserit, et Uricæ interfectio. Cum itaque matrimonium ejusmodi jure solùm positivo prohibeatur, adeo difficulter dispensatio concedenda nec fuisset, nec esset, concurrente præsertim causa legitima, si generalis illa regula subsisteret, facile dispensari in prohibitis jure tantum positivo: neque tamen exemplo ullo constat, Pontificem dispensasse in impedimento hujusmodi publico. Videantur quæ hanc in rem congescit Miglioruccius in Institutionibus Canonicis ad lib. 2. tit. 14. in explicationibus ad num. 9. et 10. ubi conjugis occisio secuta sit, numquam dispensatur, non quia Pontifex non possit: si impedimentum sit occultum, Major Pœnitentia-*

dal Riganti, che volentieri nominiamo, per essere stato da Noi trattato *in minoribus* con amicizia, e confidenza, e stima del suo valore, e sue virtuose fatiche. Vedasi il citato Riganti ne' *Commenti sopra la Regola 49. di Cancellaria dal num. 13. sino a tutto il num. 17.*

XIV. Il matrimonio in primo grado di affinità in linea retta non è proibito, che pel *jus positivo*, ed il Silvio, celebre Teologo, sostiene, che, concorrendovi causa di gran rilievo, può il Romano Pontefice concedere la dispensa fra patrigno, e figliastra: ma insino ad ora non si è ritrovato Papa, che abbia concessa anche con causa di gran rilievo dispensa in primo grado d'affinità di linea retta; come Noi abbiamo dimostrato *nel nostro lib. 9. de Synodo Dicecesana dell' ultima edizione al cap. 13. n. 4.*

XV. L'impedimento *criminis*, ancor quando sia seguita l'uccisione del conjuge, è impedimento di *jus positivo*. Ciò si vede nella Legge Ebraica, che non riconosce nullità di matrimonio, ancorchè sia preceduta la copula coll'uccisione del conjuge: e Noi ci ricordiamo, essersi nel Tribunale del Sant' Officio, quando *in minoribus* v'eravamo Consultore, rigettata l'istanza d'un Giudice Ebreo, che voleva introdurre l'impedimento *criminis* ne' matrimonj, che si facevano fra gli Ebrei, quando v'era stata l'uccisione del conjuge, essendo troppo chiaro il fatto di Davide, il di cui matrimonio con Bersabea si ebbe per valido, ancorchè prima avesse colla medesima commesso adulterio, e macchinato nella morte di Uria di lei marito. Essendo la proibizione del matrimonio nel caso predetto di *jus positivo*, se fosse vera la regola generale della facilità di dispensare, quando la proibizione discende unicamente, dal *jus positivo*, non vi dovrebbe essere stata, nè tampoco essere oggidì tanta difficoltà di dispensare, concorrendo causa legittima: e pure non v'è esempio, che da verun Romano Pontefice sia stata concessa simile dispensa, quando

*rius dispensat in matrimoniis tum contractis, tum contrahendis pro foro interno, commisso adulterio, sed neutro machinante; Verùm si impedimentum oriatur ex adulterio, utroque vel altero machinante, sitque occultum, habet quidem Major Pœnitentiarius facultatem dispensandi, rarò tamen, et semper pro foro tantùm interno, his quoque servatis, ut gravis concurrat necessitas, aut grave immineat periculum, et casu in plena Congregatione, aut Pœnitentiariæ signatura proposito. Videatur Constitutio nostra XCV., Pastor bonus Tom. 1. nostri Bullarii §. 44. (Hujus Edit. Vol. 2. pag. 226.)*

*XVI. Hactenus in medium allata abundè demonstrant non temere pro regula statuendum, quod prohibitis Lege solùm positiva, non verò naturali vel Divina, derogandi plena et nox circumscripta sit Pontifici Romano libertas: imo exemplis adductis illud adjungi potest de Missa sedentaria unà cum Canone celebranda: namque Missæ hujus oppugnator concessionis similis memoriam haud extare contendit.*

*XVII. Neque dictis obest, quod dispensationis ejusmodi denegatio impediatur magnum bonum, ædificationem nimirum populi ex Episcopi celebratione, qualicumque demùm valeret modo, peracta, proventuram; namque ædificatio illa neutiquam obtinetur, cum dispensationes istæ celebrandi sedendo, excepto tempore Canonis, clausulam contineant, ut Missa in privato Ora-*

il

il fatto sia pubblico. Vedasi quanto in questo proposito è radunato dal Migliorucci *nelle sue Istituzioni Canoniche al lib. 2. tit. 14. nelle Spiegazioni al num. 9. c. 10. Ubi conjugis occisio secuta sit, nunquam dispensatur, non quia Pontifex non possit* e quanto al caso, che l'impedimento sia occulto, il Maggior Penitenziere concede la dispensa tanto ne' matrimonj contratti, quanto in quelli che debbono contrarsi, pel foro interno, se l'adulterio è seguito *neutro machinante*; ma, se l'impedimento nasce dall'adulterio, *utroque, vel altero machinante*, essendo occulto l'impedimento, il Maggior Penitenziere ha la facoltà di dispensare, *raro tamen*, e sempre pel detto foro interno, e concorrendo una grave necessità, o sia qualche imminente pericolo, ma dopo aver proposto il caso nella piena Congregazione, o sia Segnatura della Penitenzieria. Vedasi la nostra Costituzione XCV. che incomincia *Pastor bonus, nel tom 1. del nostro Bollario, al §. 44.*

XVI. I sopraddetti esempj pienamente comprovano, non doversi correre alla cieca, e stabilire per regola, che, quando una cosa non è, che proibita da jus positivo, e non dal jus naturale, o Divino, sia in piena libertà del Romano Pontefice usare il diritto di derogarvi: anzi agli esempj poc' anzi referiti può aggiungersi ancor quello del celebrare sedendo in tutto il tempo della Messa, e così anche nel tempo del Canone, giacchè, per quanto dice chi è contrario alla celebrazione della Messa nel modo predetto, non si trova esempio di simile concessione.

XVII. Nè a quanto si è esposto, può in veruna maniera ostare, se mai si replicasse, impedirsi un gran bene, se non si concede la detta dispensa: sì perchè, consistendo il bene nell'edificazione che dà il Vescovo celebrando la Messa in quella maniera che può, questo gran bene non avrebbe luogo, ogni volta che si concedesse la dispensa; inserendosi in simili dis-

torio celebretur ad evitandam populi mirationem ; atque cum bonum illud obtineri possit , præscindendo a motivo præmisso , non videtur illius consecutio quærenda novitatis hujus in Ecclesiam intrusione ; Episcopi siquidem pietas nutriripotest per Communionem more Laicorum sumptam , qui autem pro populo sacrificium offerat , substituere sibi potest Sacerdotem alium ,

*XVIII.* Magnum beneficium est , si infirmo , quod petit Sacrum Viaticum , a Sacerdote porrigatur : Verùm si nequidem una habeatur candela , si vestes sacræ desint , si alio profectus esset Sacerdos casum haud prævidens , clavesque tabernaculi secum ferens ; tum enim verò infirmus Viatici Sacri munimine carebit quidem , docebitur tamen sufficere desiderium , et Sacramenti perceptionem in spe , cum nequiverit recipere in re : Similiter , et in Sacerdote sufficet prompta ministrandi infirmo Viaticum voluntas , cum Missæ celebratio absque luminibus aut sacris indumentis licita non sit , nequidem pro ministrando Viatico , juxta probatiorem opinionem , qua de re actum est in nostro Tractatu de Ss. Missa Tbm. 2. Sect. 2. cap. 1. §. 3. edit. Ital. Sect. 2. num. 52. edit. Latine.



pense , ed anche in quella di poter celebrare sedendo , purchè nel tempo del Canone si stia in piedi , la clausula , che la Messa si celebri in Oratorj privati , per non cagionare ammirazione e bisbiglio nel popolo : sì perchè , quando , prescindendo dal motivo poc' anzi addotto , si potesse l' accennato bene ottenere , non sembra doversi conseguire con introdurre nella Chiesa un esempio nuovo ; potendo il Vescovo soddisfare alla sua divozione comunicandosi *mores laicorum* ; e potendo soddisfare alle Messe che deve offerire pel popolo , commettendo ad altri il celebrare in sua vece.

XVIII. E' un gran bene , che un povero ammalato , che chiede il santissimo Viatico , lo riceva : è un gran bene , che il Sacerdote glielo amministri : Ma , se non si ritrova almeno una candela per celebrare la Messa , o se mancano gl' indumenti sacri , essendo partito , senza prevedere il caso , chili tiene sotto chiave , che ha seco portata , nè l' ammalato riceve il Viatico , nè il Sacerdote glielo amministra : ma s' insinua all' ammalato il contentarsi del desiderio , che ha avuto , ed ha , di ricevere *in re* il Sacramento , bestandogli in questo caso il riceverlo *in spe* : ed al Sacerdote si dice pure , che si contenti della prontezza che aveva di celebrare la Messa per poter amministrare all' ammalato il Viatico ; non essendo permesso pel bene di conferire il Viatico all' ammalato , il celebrare la Messa o senza i lumi , o senza i sacri indumenti , secondo la più vera opinione , della quale da Noi si è parlato nel nostro Trattato della S. Messa al tom. 2. sez. 2. cap. 1. §. 3. dell' edizione Italiana , e nell' edizione Latina alla sez. 2. num. 52.

## COMMENTATIO

De celebratione Missæ etiam sub Canone a sedente, quin obligetur Sacerdos stare non valens ad recipiendam semper Communionem more Laicorum.

*XIX. Asserens bene concedi licentiam, ut Sacerdos debilitate pressus sedendo Missam, ipsumque adeo Canonem absolvere possit, contendit, sessionem inter Divinas preces nec indecentem esse, nec opprobrio plenam. In Actis Apostolorum cap. 2. legitur, Divinum Spiritum descendisse super Apostolos in cœnaculo sedentes: et replevit totam domum, ubi erant sedentes. Ideoque Cardinalis Cajetanus in Acta Apostolorum ita commentatur: non horreo sessionem corporalem cum nihil indecens inducat: additque Navarrus in Manuali de Oratione cap. 4. num. 12. situm corporis sedentarium non esse incongruum orantibus, Admittit quidem sedentariæ Missæ Patronus, indecens esse Missam celebrari a sedente; attamen causa legitima concurrente, puta pedum debilitate, nequidem Canonem atando perficiendum permittente, sufficiens motivum haberi ad concedendam sessionem per totam Missam, non quidem singulis, sed spectabilioribus e Clero, propter dignitatem suam Ecclesiasticam, multoque magis Episcopis ad celebrationem ex munere suo adstrictis. S. Petrus Damianus aversabatur vehementer sessionem in precibus, sub finem tamen prælaudati opusculi cap. 4. pag. 336. hæc addit: Nemo sedeat, nisi corporis eum valetudo compellat. Nec paucior sessionis in orando osor Theophilus Raynaudus loc. cit, pag. 503. col. 1. ita habet: Quis sedere coram Deo audeat injussu ejus? at abest Dei nutus, vel jussum de sibi assidendo, si absit ægritudo corporis sessionem deposcens, ea enim corporis imbecillitas Divinæ indulgentiæ ad sedendum concessæ tessera est*

## RIFLESSIONI

Sopra il celebrare la Messa sedendo anche nel tempo del Canone ; senza esser astretto di sempre ricevere la sacra Comunione , come la ricevono i Laici.

XIX. Chi crede, esser ben fatto il concedere la dispensa di celebrare la Messa anche sedendo nel tempo del Canone , per la gran debolezza in cui se ritrova il celebrante , e per la quale senza pericolo di gravi sconcerti non può stare piedi nel tempo del Canone , premette, non essere il sederè nel tempo delle Divine preci , cosa indecente o piene d'obbrobrio. Negli Atti Apostolici *al cap. 2.* si legge , che lo Spirito Santo discese sopra gli Apostoli che sedevano nel cenacolo : *Et replevit totam domum, ubi erant sedentes.* Orde il Cardinalè Gaetano così scrive sopra gli *Atti degli Apostoli* commentando il detto testo : *Non horreo sessionem corporalem, cum nihil indecens inducat :* ed il Navarro nel *Manuale de Oratione al c. 4. n. 12.* soggiugne , che il predetto sito del corpo non è incogruo per quelli che pregano. Passando poi oltre , chi è parziale della dispensa , ammette , che da ciò deriva l'esser cosa mal fatta e condannata , che chi celebra la Messa ; stia a sedere ; ma soggiugne , che , concorrendo una causa legittima , qual è quella della debolezza del corpo , questa tal debolezza , che non permette lo stare in piedi , ancorchè lo stare in piedi si restringa al tempo del Canone , deve averci per una causa bastante e legittima per accordare la dispensa di celebrare , sedendo , tutta la Messa , non ad ognuno , ma a quei rispettabili Sacerdoti , che per le dignità che ottengono , fanno una gran figura nella Chiesa , e molto più ai Vescovi , che per debito del loro ministero sono obbligati a celebrarla. S. Pier Damiano , che come poc' anzi si è avvertito , fu capitale nemico del

ex natura rei. *Cùmque in Canone 131. Concilii Aquisgranensis legamus : Nec cum baculis in Choro , exceptis debilibus , sed religiosissime illis standum , et psallendum est. Eruditus Pater Hæftenus in doctis suis disquisitionibus monasticis Lib. 7. disquis. 1. pag. 705. ita Canonem explicat : Quod autem debilibus hîc legimus baculum indulgeri , cæteris negari , id factum eo modo , quo de Zebina scribit Theodoretus in Philoth. cap. 24. postquam autem non permittebat senectus , ut citra molestiam stare posset assiduè , sustentaculum ei præstabat baculus , cui innixus Dominum et laudabat et orabat.*

*XX. Et sanè , si media omnia adhibentur , ut Sacerdos ad Missæ celebrationem ineptus effectus , dispensationis remedio ad eam celebrandam reddatur idoneus , si conatus omnis intenditur , ut auferantur impedimenta Laicos a Sacramentorum perceptione arcenia : mirari nemo debet , si non solùm aliquibus pedum debilitate laborantibus concedatur facultas Missæ sedentariæ , Canone excepto : sed si dignioribus Ecclesiæ Ministris , Episcopis præsertim eadem pedum infirmitate oppressis , permitatur sessio sub ipso quoque Canone , et Consecratione.*

sedere nelle preci, nel fine del citato *Opusculo al cap. 4. pag. 436.* così soggiugne *Nemo sedeat, nisi corporis eum valetudo compellat.* E Teofilo Raynaudo, inimico del sedere nelle sacre preci al pari di S. Pier Damiano; nel luogo citato pag. 503. col. 1. così scrive: *Quis sedere coram Deo audeat injussu ejus? At abest Dei nutus, vel jussum de sibi assidendo; si absit ægritudo corporis sessionem deposcens; ea enim corporis imbecillitas, Divinæ indulgentiæ ad sedendum concessæ tessera est ex natura rei.* Et leggendosi nel Canone 131. del Concilio Aquisgranense. *Nec cum baculis in Choro, exceptis debilibus, sed religiosissime illis standum, et p'allendum est* = l'erudito Padre Hæfteno nelle sue dotte *Disquisizioni Monastiche lib. 7. disquisit. 1. pag. 705.* così lo spiega e commenta: *Quod autem debilibus hic legimus baculum indulgeri, cæterum negari, id factum eo modo, quo de Zebina scribit Theodoretus in Philoth. cap. 24. Postquam autem non permittebat senectus, ut citra molestiam stare posset assidue, sustentaculum ei præstabat baculus, cui innixus Dominum et laudabat et orabat.*

**XX.** E per vero dire, se, inabilitandosi qualche Sacerdote a poter celebrare la Messa, si prendono tutte le misure per concedergli la dispensa di poterla celebrare, non ostante il difetto in cui è incorso, se si fa quanto si può, accid i laici, e gli altri non restino senza ricevere i Sacramenti, superando colle diligenze ed i mezzi termini le difficoltà, che da essi impediscono di riceverli; non deve a chi si sia parer cosa strana, se oltre il concedere a chi non può per lungo tempo stare in piedi, il celebrare la Messa sedendo, eccettuato il tempo del Canone, si conceda ai Personaggi qualificati per le dignità Ecclesiastiche, che hanno nella Chiesa, e molto più ai Vescovi, che non possono stare in piedi nel tempo del Canone, il celebrare sedendo sempre, e così anche nel tempo del Canone, e della Consecrazione.

**XXI.** Si Parochus, aut Sacerdos alius videndi facultate privatus non sit, licentia ei conceditur celebrandi in festis solemnioribus, et duplicibus Missam votivam de Beatissima Virgine, diebus autem ferialibus Missam Defunctorum: multa verò clausulæ huic concessioni adjiciuntur, illa præsertim, ut non sit omninò cæcus, nec recitet memoriter; injungiturque Episcopis, ut si cæcus omnino reddatur, omni celebrandi facultate privetur. Atque si Sacerdos cæcus efficiatur post susceptum Presbyteratus ordinem, hic illum defectus non ordine ipso, sed ordinis executione privat, et quidem tantum quoad confessionem Eucharistice, non item quoad alias functiones visum non exigentes, qualis esset confessionis auditio, prædicatio etc. prout optimè observat S. Thomas 3. part. quæst. 82. art. 10. ad 3. Non verò desunt exempla concessæ cæcis Episcopis licentiæ Missam celebrandi. Aimonius sanè refert in Actis Concilii Tricassini an. 878. habiti apud Baronium, et Natalem Alexandrum, Joannem VIII. in eodem Concilio ad instantiam Episcoporum Hincmaro Laudunensi cæco, nepoti Hincmari Rhemensis facultatem Sacris operandi fuisse elargitam. Soto quoque in 4. Sentent. dist. 9. quæst. 1. art. 2. testatur visum a se in Concilio Tridentino Episcopum cæcum ex Pontificis dispensatione quotidie celebrantem. Cum Nos in minoribus munere fungeremur Secretarii Congregationis Concilii, maturè discussa materia, excusisque Auctoribus allegatis a Nobis, in folio desuper confecto et tom. 4. Thesaur. Resol. Congreg. p. 101. et seqq. edit. Urbin. inserto, Parocho Florentino cæco omninò, sed magnorum meritorum, intuitu circumstantiarum variarum in ejus favorem concurrentium licentia concessa est Missam celebrandi sub assistentia alterius Sacerdotis; causa hæc proposita est 2. Augusti 1727. et ejusdem anni, mensisque die 23. terminatu. Neque recentiora desunt exempla similium concessionum.

XXI. Quando il Parroco, o il Sacerdote non è affatto cieco, se gli concede licenza di celebrare ne' giorni festivi, e doppj la Messa votiva della Beatissima Vergine, e n'è giorni feriali la Messa da morto; ma con molte clausule, e particolarmente con quella, che *non sit omnino cæcus, nec recitet memoriter*; ordinando al Vescovo, che, diventando affatto cieco, gli neghi la licenza di celebrare. Ma, se si tratta d'un Sacerdote diventato affatto cieco, questa malattia, che gli sopravviene dopo ricevuto l'Ordine Sacerdotale, non lo priva dell'Ordine, ma dell'esecuzione dello stesso in ciò che appartiene alla consecrazione dell'Eucaristia, ma non agli altri ufficj che non richiedono la vista, come sarebbe il confessare, o il predicare; conforme molto bene riflette S. Tommaso *nella 3. part. quæst. 82. artic. 10. Ad tertium*. Non mancavano esempj di dispense date a' Vescovi ciechi di poter celebrare la Messa: leggendosi nell'Aimonio negli *Atti del Concilio Tricassino d'ell'anno 878.* appresso il Cardinale Baronio, ed appresso Natale Alessandro, che il Pontefice Giovanni VIII. accordò nel detto Concilio ad istanza de' Vescovi ad Incmaro Vescovo di Laon, cieco, nipote d'Incmaro Remense, il celebrare la Messa; ed attestanco il Soto *in 4. Sent. dist. 9. quæst. 1. art. 2.* di aver veduto nel Concilio di Trento un Vescovo cieco, che celebrava quotidianamente la Messa colla dispensa del Papa. Ma nel tempo che *in minoribus* eravamo Segretario dalla Congregazione del Concilio, dopo essere stata ben discussa ed esaminata la materia, dopo essersi veduti gli Autori più gravi, allegati da Noi nel soglio, che in quell'occasione pubblicammo, e che si ritrova stampato *nel tom. 4. del Tesoro delle Risoluzioni della detta Congregazione pag. 101. e seg. dell'elezione d'Urbino*, fu concessa ad un degno Parroco Fiorentino affatto cieco, al di cui favore concorrevano varie rilevanti circostanze, la grazia di poter celebrare la Messa.

*XXII. Non est celebranda Missa aperto capite. Canones id prohibentes adducti a nobis sunt in Notificatione 14. Tom. 2. quæ 34. est Latinæ editionis §. 2. edit. Ital. Latinæ verò Sect. 1. num. 53. Inter alios verò Canones ad litteram id habet Can. Nullus Episcopus de Consecrat. dist. 1. Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, ad solemnia Missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato capite Altari Dei assistere. Quidquid autem sit de eo, quod Vasquez Tom. 3. in 3. part. Disput. 232. cap. 4. refert, in Polonia Sacerdotes etiam Regulares in hyeme aperto capite Missam dicere usque ad Consecrationem; consuevit dari licentia capite aperto Missam legendi excepto Canone, si testentur Medici ex capitis nudatione sanitatis periculum imminere. Paulum V. concessisse legitur in aliquibus Orientis Ecclesiis Missas integras unâ cum Canone aperto capite celebrari, iis in regionibus ubi inurbana habeatur capitis denudatio. Raymundus citat. Tom. 6. pag. 499. columnam 2. et Henaus Tom. 2. de Sacrificio disputat. 27. sect. 2. numer. 10. admittunt, aperto capite Missam, et Canonem dici posse, si aliàs timeatur saluti Sacerdotis, in regionibus præsertim frigidis. Ideoque Navarrus lib. 3. de celebrat. Missarum, Consil. 7. num. 5. edit. Venet. 1621. hæc adfert: Non desinunt Sacramenta Divina reverenter tractari, eo quod ex justa causa, et necessitate vitandi frigoris, vel doloris capitis, pileolo aliquo honesto caput tegatur. Concordat Salmero Tom. 14. in ep. 1. ad Corinth. cap. 13. disp. 18. pag. 144. edit. Colon. 1614. et Henaus cit. sect. 2. num. 20. ita cum Arriaga concludit: Non est censendum, Deum malle omitti Sacrificium, aut quod graviter Sacerdotes de salute periclitentur, quam quod habeant tecta capita; cum*



coll' assistenza d'un altro Sacerdote, essendo stata proposta la causa ai 2. di Agosto del 1727. e risolta nel giorno 23. dello stesso mese ed anno. Nè mancano altri simili esempj di concessioni di dispense fatte dipoi.

**XXII.** Non si può celebrare la Messa col capo coperto. I Canonici che ciò vietano, sono da Noi allegati nella nostra notificazione decimaquarta del tom. secondo che è la trentesimoquarta nell' edizione Latina, al §. Quarto, il che pure vien comprovato da Noi nel nostro tom. primo della Santa Messa alla sezion. prima cap. quarto §. secondo dell' edizione Italiana e alla sez. prima num. cinquantessimoterzo dell' edizione Latina; essendo, oltre gli altri Canonici, letterale quello che incomincia *Nullus Episcopus, de Consecrat. dist. 1.* le di cui parole sono le seguenti: *Nullus Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, ad solemnia Missarum celebranda presumat cum baculo introire, aut velato capite. Altari Dei assistere.* E, ciò che siasi di quello che racconta il Vasquez nel tom. 3. sopra la 3. part. disp. 232. cap. 4. che nella Pollonia i Sacerdoti anche Regolari dicono la Messa nel tempo d' inverno tenendo il capo coperto sino alla consecrazione, è introdotta l' usanza di concedere il celebrare la Messa col capo coperto, tenendolo però scoperto nel tempo del Canone, e della Consecrazione, quando vi concorra l' attestazione de' Medici della necessità in cui si trova il Sacerdote di tener coperta la testa celebrando la Messa per non recar pregiudizio alla sua salute. E del Pontifice Paolo V. si legge, che in alcune Chiese Orientali concesse il celebrare la Messa col capo coperto anche nel tempo del Canone, e della Consecrazione; riputandosi in quelle ragioni cosa incivile il tenere il capo scoperto. E il Reynaudo nel citat. tom. sesto pag. 499. col. 2. e l' Henao nel tom. 2. de Sacrificio disputat. 27. ses. 2. numer. 10. e numer. 20. ammettono il tenere il capo coperto anche nel tempo del Canone, e della Consecrazione, pel timore del



detrimento della salute, a cui sarebbero sottoposti i Sacerdoti che dicono la Messa ne' paesi soggetti al gran freddo, ancorchè lo tenessero scoperto nel solo tempo del Canone, e della Consecrazione. Onde il Navarro nel *libr. 3. de celebrat. Missar. consil. 7. numer. 5. dell' edizione Veneta del 1621.* così la discorre: *Non desinunt Sacramenta Divina reverenter tractari, eo quod ex justa causa et necessitate vitandi frigoris, vel doloris capitis pileolo aliquo honesto caput tegatur.* Concorda il Salmeroue *al tom. quattordici nell' epistol. prima ad Corinthios capitolo undecimo disput. decima ottava pag. 144. della stampa di Colonia del 1614.* E l' Henao *nella cit. sess. 2. num. 20.* così conchiude coll' Arriaga *disp. 55. sez. 4. num. 19.* *Non est censendum, Deum malle omitti Sacrificium, aut quod graviter Sacerdotes de salute periclitentur, quam quod habeant tecta capita; cum hoc ipsum, quod extra necessitatem esset irreverentia, destinat esse talis in similibus casibus.* In oltre è proibito agli Ecclesiastici il portare la parrucca, come può vedersi ne' monumenti da Noi raccolti nel nostro Trattato *de Synodo Diocesana* dell' ultima stampa *al lib. 11. cap. 9.* e molto più l' andare con essa all' Altare, e celebrare con essa la Messa: e, ciò non ostante, si è introdotta una specie di tolleranza a prò di quelli che hanno la licenza di portare la parrucca, di portarla anche all' Altare celebrando la Messa, purchè sempre resti scoperta la corona Clericale.

**XXIII.** Succede il discorrere delle facilità ritrovate, acciò i laici, non ostanti le difficoltà che s' incontrano, posano ricevere i Sacramenti: E' noto ad ognuno, che, sebbene una volta in mare celebravasi unicamente la Messa, detta secca, che poi fu proibita, oggidì si concede il privilegio della celebrazione della Messa vera, acciò i laici e gli altri, che sono nella nave, non restino senz' assistere al Divin Sacrificio, quando però la nave sia sicura, sia molto lon-

*calicis effusionem prævertat : singula videri possunt Tom. 2. de Sacrificio Missæ Sect. 2. cap. 1. §. 3. pag. 256. edit. Ital. Latine verò Sect. 2. num. 49. et seqq. Atque ne prolixior sit oratio, indicare sufficiet, modum quoque adinventum esse ministrandi Sacram Eucharistiam infirmo, consecratam particulam deglutire non valenti, nec minus peste laboranti, quin Sacerdos ministrans eam contrahendi periculum subeat; quoad primum videatur in Tract. de Sacrificio Missæ Tom. 2. Sect. 2. cap. 6. §. 4. edit. Ital. et Sect. 2. num. 170. edit. Latine. Secundum habetur in Tractatu de Synodo Diocesana edit. noviss. lib. 13. cap. 19. num. 21. et seqq. Ex quibus omnibus confirmantur superius dicta, nimirum si omni ratione prospectum est Sacerdotibus simplicibus celebrare non valentibus : ut possint nihilominus Sacris operari : si omni possibili modo Laicis Sacramenta ministrantur, non debent accumulari scrupuli et subtilitates ad arcendos Presbyteros in dignitatibus Ecclesiasticis constitutos, et Episcopos præsertim a celebranda Missa sedentaria, si debilitate pedum laborent : cum præcipuum Episcoporum officium sit, offerre Deo sacrificium pro populo curæ suæ concredito, et pro seipso.*

*XXIV. Id sanè disertis verbis docet S. Paulus Epist. ad Hebr. cap. 5. vers. 1. et seqq. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro pec-*

tana dal lido, il marè sia tranquillo, ed oltre il Celebrante, vi sia un altro Sacerdote, o Diacono il quale sia pronto ad accorrere colla mano, nel caso che insorgesse qualche moto, per cui potesse temersi, che il Calice si rovesciasse; come può il tutto vedersi *nel nostro tom. 2. della Santa Messa sez. 2. cap. 1. §. 3. pag. 256. dell' edizione Italiana, e nell' edizione Latina sez. 2. num. 49. e seg.* E per non dilungarci di soverchio accenneremo, non essersi tralasciato di pensare al modo, con cui può amministrarsi il Sacramento dell' Eucaristia all' ammalato che non può inghiottire la sacra Particola, ed ancora al modo d' amministrare il Sacramento dell' Eucaristia agli appestati, senza che il Sacerdote, che l'amministra, contragga la peste come, quanto al primo capo, può vedersi nel nostro Trattato *della Santa Messa al tom. 2. sez. 2. cap. 6. §. 4. dell' edizione Italiana, ed alla sez. 2. num. 170. dell' edizione Latina, e quanto al secondo capo del nostro Trattato de Synodo Diocesana dell' ultima stampa al lib. 13. cap. 19. num. 21. e seg.* Per le quali cose tutte ripiglia vigore quanto poc' anzi si è detto, che essendosi pensato a dare ogni possibile ajuto ai semplici Sacerdoti inabilitati a celebrare la Messa, acciò la possano celebrare, ed ai laici impediti a ricever i Sacramenti, acciò li possano ricevere, non debbasi poi con tanti scrupoli e sottigliezze procurar d' impedire ai Personaggi costituiti nelle più sublimi dignità Ecclesiastiche, e molto più ai Vescovi che non possono reggersi fu i piedi, il celebrare la Messa sedendo in tutto il tempo della celebrazione, essendo particolarmente uffizio del Vescovo l' offerire a Dio il Sacrificio della Messa pel popolo alla sua cura commesso, ed anche per se stesso.

XXIV. Ecce le parole di S. Paolo *nell' epistola agli Ebrei al cap. 5. vers. 1. e seg. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum; ut offerat dona et sacrificia pro peccatis: qui*

catis, qui condolere possit iis, qui ignorant, et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis: *et in ejusd. epist. cap. 8. vers. 3.* Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, et hostias constituitur. *Inde post prolixum sermonem in idem caput 5. concludit Joannes Gagneus: Murus ergo assumpti Pontificis est orare, et pro suis, et pro populi delictis sacrificia offerre, et agnoscere se peccatorem, atque ita populi peccatis condolere: Gagneo assentiuntur Guilelmus Estius, Salmero, et Cornelius a Lapide in Commentariis in citatum caput 5. Neque re-gerenda hic est superius allata objectio, cessare motivum ædificandi populum per celebrationem, cum hæc perfici nequeat a sedente nisi in Capella, aut Oratorio privato ad evitandam populo demirationem; neque enim populi ædificatio princeps causa celebrandi est, sed oblatio sacrificii pro populo, quæ obtinetur æquè per celebrationem in Oratorio. Præterea populus videns Episcopum suum celebrare, quo potest, modo, sciensque sedentem celebrare ex concessione Pontificia, tantum abest, ut offendatur, quin potius ædificetur.*

*XXV. Bene omnia haberent, inquis, si prout exempla habentur concessæ Episcopis licentiæ, sedendo Missam celebrandi, illa ad Canonem quoque, adeoque ad totam, et integram Missam se extenderet, in hoc enim cardo rei vertitur. Antiquitatis sacre monumento evolventi occurrit S. Lucianus Martyr, qui in persecutione Maximiani fidelium eodem secum carcere detentorum desiderio Sacro Missæ Sacrificio assistendi facturus satis, ipso Epiphaniæ festo die in terram extensus, et pectore tanquam ara usus Sacris est*

*condolere possit iis, qui ignorant et errant: quoniam et ipse circumdatus est infirmitate: et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis: e nel cap. 8. della stessa lettera al vers. 3. Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, et hostias constituitur.* Per lo che Giovanni Gagneo sopra il detto capitolo 5. dopo un lungo discorso nosi conchiude: *Munus ergo assumpti Pontificis est orare, et pro suis ac pro populi delictis sacrificia offerre, et agnoscere se peccatorem, atque ita populi peccatis condolere.* E col Gagneo concordano Guglielmo Estio, il Salmerone, e Cornelio a Lapide ne' *Commenti sopra il cit. cap. 5.* non meritando d'esser valutata la riflessione addotta di sopra, che, dovendosi celebrare dal Vescovo sedente la Messa, non in Chiesa, ma nell'Oratorio privato, per non recar maraviglia al popolo che la vedesse celebrare nel modo predetto, cessa il fine della predetta celebrazione, che è l'edificazione del popolo; imperocchè non è l'edificazione del popolo la causa principale della celebrazione della Messa, ma è l'offerire il Sacrificio per esso, il che si fa celebrando anche la Messa nell'Oratorio: altro di che il popolo che sta intento alle operazioni del Vescovo, sapendo, che il Vescovo celebra la Messa in quella maniera che può, dee restar edificato del proprio Pastore, e non scandalizzato; tanto più, quando fa, che così celebra, avendo ottenuta dal Papa la dispensa.

XXV. Tutto va bene, dirassi; ma a buon conto non si ritrova esempio, che si dispense concesse anche ai Vescovi di celebrare la Messa sedendo, ma non nel tempo del Canone, e della Consecrazione; nè si ritrova esempio di dispense di celebrare la Messa sedendo in tutto il tempo della celebrazione che è il punto della presente indagine. Scorrendo la sacra antichità, ritrovasi, che S. Luciano Martire nella persecuzione di Massimiano, per soddisfare alla divozione de' Christiani, che seco rinchiusi in

*operatus, prout videre est in Actis apud Bollandistas Tom. 1. Januarii pag. 361. num. 14. Theodoretus Cypri Episcopus in gratiam Sancti Eremicolæ, qui Missæ nunquam interfuerat, alatis in ipsius tugurium sacris vasis, manibus Diaconorum pro altari usus Sacram confecit Eucharistiam, prout ipsemet refert in Philotheo cap. 20. Uranius in Epistola de obitu Paulini apud Bollandistas Tom. 4. Junii pag. 168. num. 2. testatur, quod cum ad decumbentem S. Paulinum Nolanum Episcopum alii duo Præsules inviserent, ægrotus licet cum aliis Missam celebraverit erecta prope lectum ara: Et quasi profecturus ad Dominum, jubet, sibi ante lectulum suum sacra ministeria exhiberi: scilicet ut unà cum Sanctis Episcopis oblato sacrificio, animam suam Domino commendaret: quod et factum indicatur, num. 3. Et cum hæc omnia Sanctus Episcopus læto, ac perfecto ordine celebrasset: Neque, quod aliqui contendunt, illa Uranii verba de perceptione Sacræ Eucharistiæ, non item de celebratione Missæ intelligenda sunt, huic enim suffragantur Tillemonius Tom. 14. in Actis S. Paulini art. 52. pag. 139. edit. Venet. doctissimusque Pater Magister Orsi Magister Sacri Palatii Apostolici Tom. 12. Hist. Eccles. lib. 18. num. 76. pag. 375.*

*XXVI. Speciosa quidem sunt exempla superius allata, præsentique casui apprime conveniunt; verum antiqua sunt, et præcedentia tempus illud, quo in modernos ritus fuit reducta*



carcere bramavano d'assistere al Sacrificio della Messa, si stese in terra, e nella Festa dell'Epifania, si servì del proprio petto, come d'un Altare, per celebrarvi la Messa: come si vede negli Atti appresso i Bollandisti *nel tom. 1. di Gennajo pag. 361. num. 24.* Ritrovasi, che Teodoro Vescovo di Ciro, per far cosa grata ad un santo Romito, che stando nella sua solitudine, non era mai stato presente alla Messa, portatosi al di lui tugurio coi sacri vasi, fece, che le mani de' Diaconi servissero d'altare, e sopra esse fece la consecrazione della sacra Eucaristia; come esso stesso racconta *nel Filoteo al capo 20.* Uranio nella lettera *de obitu Paulini*, appresso i Bollandisti *al tom. 4. di Giugno pag. 168. num. 2.* attesta, ch'essendo infermo S. Paolino Vescovo di Nola, vennero altri due Vescovi per visitarlo, e che con essi celebrò, benchè infermo, la Messa, avendo fatto alzare un Altare vicino al letto: *Et quasi profecturus ad Dominum jubet, sibi ante lectulum suum sacra ministeria exhiberi; scilicet ut una cum Sanctis Episcopis oblato Sacrificio animam suam Domino commendaret;* il che anche fu puntualmente eseguito, come si vede *nel num. 3. Et cum hæc omnia Sanctus Episcopus læto ac perfecto ordine celebrasset:* non potendosi ammettere l'intelligenza data da alcuni alle citate parole d'Uranio, cioè, che debbono intendersi, non della celebrazione della Messa, ma del ricevere la sacra Eucaristia, essendo contrari a questa intelligenza, e favorevoli all'altra della celebrazione della Messa, il Tillemont *al tom. 14. nelle Gesta di S. Paolino art. 52. pag. 139. della Veneta edizione*, ed il dotto Padre Maestro Orsi, Maestro di questo Sacro Palazzo Apostolico, *nel tom. 12. della Storia Ecclesiastica lib. 28. num. 76 pag. 375.*

XXVI. Sono senza dubbio speciosi i sopradetti esempj, e possono anche servire per l'assunto presente: ma sono antichi, e sono seguiti, prima che la Messa fosse ridotta al siste-

*Missæ forma. At verò S. Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus mortuus est sub initium Sæculi noni; Ignatius verò Episcopus Nicænus; Tarasii discipulus et illius vitæ scriptor videntur apud Baronium ad annum 806. et apud Bollandistas Tom: 3. Februarii pag. 586: num: 47. hunc in modum describit celebrationem Missæ a Sancto Patriarcha graviter decumbente peractam. Ingruens morbus, et valde gravem ei dolorem afferens, non persuasit, ut oblivisceretur perpetui et Divini Officii. Nam et morbo, et senio laborans, nequaquam satiabatur sacrosancti Mysterii celebratione, sed intenso amore ad Deum ardens, et morbi nullam ducens rationem, pectore innixus mensæ lignæ; quæ ponebatur ante Aram Divinam, Sancta peragebat, infirmus videlicet: quod est; ventre; et pectore adniti tabulæ; partemque corporis reliquam, pedibus sustentando: De S. Ivone Præsbytero, et Parocho Britannicæ Armoricensis anno 1303. defuncto legitur, quod pedibus insistere non valens hoc Missam celebraverit modo: Fuit adeo infirmus, et debilis; quod se non poterat sustinere; immo interdum sustentabatur per aliquos assistentes, et sic Missam celebravit in Cappella sua: prout videre est tom: 4. Maji apud Bollandianos pag: 541: A: num: 17: atque testis de visu fatetur apud eosdem Bollandianos loc: cit. pag. 560: C: num: 65: Mauritius verò Gaufridus in proluxa descriptione vitæ S. Ivonis in cit. tom. 4: Bollandistarum pag: 504: A. cap: 5: num: 59. rem omnem ita complectitur: Erat autem adeo tunc infirmus, ut præ debilitate corporis nec induere; nec exuere per se sufficeret sacras vestes, sed nec alia pro Missa necessaria præparare, ad Altare se sustinere, aut ad elevandum Corpus Domini se juvare, nisi ab assistentibus Abbatibus Belliportus, et de Begar, et Archidiacono Trecorensi cum aliis præsentibus falceretur.*

ma dell'ordine, in cui presentemente si ritrova. Morì S. Tarasio Patriarca di Constantinopoli nel principio del secolo nono, ed Ignazio Vescovo Niceno di lui discepolo, e che scrisse le di lui gesta, come può vedersi appresso il Cardinale Baronio *all' anno 806.* ed appresso i Bollandisti *al tom. 3. di febbrajo pag. 586. n. 47.* così descrive la celebrazione della Messa, che il Santo faceva nel tempo della sua grave malattia: *Ingruens morbus, et valde gravem ei dolorem afferens, non persuasit, ut oblivisceretur perpetui et Divini Officii. Nam et morbo et senio laborans, nequaquam satiabatur sacrosancti Mysterii celebratione, sed intenso amore ad Deum ardens, et morbi nullam ducens rationem, pectore innixus mensæ lignæ, quæ ponebatur ante Aram Divinam, sancta peragebat, infirmus videlicet*: che vuol dire, appoggiando il ventre, ed il petto alla tavola di legno, e sostentando coi piedi l'altra parte del corpo. Morì nel 1303. S. Ivo Sacerdote e Parroco nella Bretagna Armonica; e di esso si legge, che, non potendo stare in piedi, celebrava la Messa nel modo seguente: *fuit adeo infirmus, et debilis, quod se non poterat sustinere; immo interdum sustentabatur per aliquos assistentes, et sic Missam celebravit in Cappella sua*: come può vedersi nel *tom. 4. di Maggio dei Bollandisti pag. 541. A. num. 17.* e lo depone un Testimonio *de visu* nel Processo fatto sopra le di lui Virtù appresso gli stessi Bollandisti *nel luogo citato pag. 560. C. 65.* e Maurizio Gaufrido nella lunga Vita che scrisse di S. Ivo, *nel cit. tom. 4. de' Bollandisti pag. 449. cap. 6. num. 59.* così descrive il tutto: *Erat autem adeo tunc infirmus, ut præ debilitate corporis nec induere nec exuere per se sufficeret sacras vestes, sed nec alia pro Missa necessaria præparare, ad Altare se sustinere, aut ad levandum Corpus Domini se juvare, nisi ab assistentibus Abbatibus Belliportus, et de Begar, et Archidiacono Trecorensi cum aliis præsentibus fulciretur.*

*XXVII. Propius jam ad scopum accedimus, sed cum disciplina illius ævi, cujus exempla in medium attulimus, necessitatem dispensationis Apostolicæ ad Missæ sedentariæ celebrationem necdum induxerit, quæ tam sapienter admodum est invecta, ne quisque infirmitatem sibi fingens sedendo celebrare augusta Mystera auderet: adferemus porrò exempla concessarum a Romanis Pontificibus dispensationum pro celebratione Missæ a sedentibus, excepto tempore Canonis, de quo haud est controversia, sed de integra Missa a sedentibus celebrata, de qua in præsentiarum potissimum quæstio agitur.*

*XXVII. Joannes Renna Venetus factus 3. Novembris 1534. Episcopus Algeriensis, indeque anno 1538. die 13. Maji ad Sedem Pampelonis Novæ translatus, varias a Paulo III. gratias petiit. Inter alia exposuit, se podagræ morbo omni propemodum membrorum usu esse privatum: Diversis infirmitatibus podagræ detentus, quibus ferè ad membrorum invaliditatem redactus es: ideoque Missam stando celebrare non valens, petiit facultatem Sacris operandi in sella eo confecta artificio, ut illi insidens, stare videretur: Ac tibi, qui propter infirmitatem prædictam, Missam stando celebrare non vales, et zelo devotionis accensus, Missam celebrare desideras, tibi, ut sedendo in quodam artificio sedis per te facto, in quo sedendo stare videris, quoties tibi placuerit. Missam celebrare, benedictionem elargiri, et alia, quæ ad Episcopalem Ordinem pertinent, etiam sedendo exercere... tenore præsentium de speciali gratia indulgemus: proviso, quod Divinum Sacramentum debita cum reverentia tractetur, et scandalum non sequatur, et, si celebratione tua in artificio prædicto astantes scandalizari verisimiliter credi possit, celebrationem hujusmodi non publicè, sed privatim facias. Breve Cardinalis Hieronymi Chi-*

XXVII. Incominciano le cose ad accostarsi al suo dovuto segno; ma, non essendo in que' tempi introdotta per anche la disciplina della necessità della dispensa Apostolica per potere sedendo celebrare la Messa, disciplina saviamente introdotta, acciò non sia in petto di ciascheduno il figurarsi una malattia, e celebrare la Messa sedendo: porteremo gli esempj delle dispense de' Romani Pontefici, concesse ai Personaggi qualificati nella Chiesa, ed ai Vescovi infermi, e che non possono reggersi su i piedi, non già di celebrare la Messa sedendo, eccettuato il tempo del Canonè e della Consecrazione, del che non si questiona, ma di sedere in tutto il tempo della Messa, al qual punto si riduce il presente esame.

XXVIII. Giovanni Renna Veneziano, che fu ai 3. Novembre del 1534. fatto Vescovo d'Alghieri, e da questo Vescovado fu trasferito a quello di Pamplona ai 13. di Maggio 1538. domandò al Pontefice Paolo III. varie grazie. Fra le altre espone, ch' era maltrattato dalla Podagra, in tal maniera che i suoi membri erano quasi resi affatto inabili: *Diversis infirmitatibus podagræ detentus, quibus fere ad membrorum invaliditatem redactus es*: per lo che non potendo celebrare la Messa stando in piedi, desiderava poterla celebrare in una sedia, che avea fatto fare, ed in cui sedendo, pareva, che stesse in piedi. *Ac tibi, qui propter infirmitatem prædictam Missam stando celebrare non vales, et zelo devotionis accensus Missam celebrare desideras, tibi, ut sedendo in quodam artificio sedis per te facta, in quo sedendo stare videris, quoties tibi placuerit, Missam celebrare, benedictionem largiri, et alia, quæ ad Episcopalem Ordinem pertinent, etiam sedendo exercere...* tenore præsentium de speciali gratia indulgemus: proviso, quod Divinum Sacramentum debita cum reverentia tractetur, et scandalum non sequatur; et, si celebratione tua in artificio prædicto astans scandalizari verisimiliter credi pos-

*nuccij manu subscriptum reperitur : ille enim scripta roborandi munere fungebatur, prout Ciacconius Tom. 3. pag. 569. refert, adjectum quoque est nomen Secretarii Apostolici breviori nota signatum. Ipsum verò Breve habetur in schedis autographis Brevium Rauli III, in Archivio secreto anni 1538, num. 466. integrumque exhibetur ad calcem hujus epistolæ, ut cujusque judicium convincatur. Nos quidem mechanicarum rerum ignari sedis hujus, in qua sedens stare videbatur, examen haud instituemus : Id exinde deduxisse sufficiet, Paulum III. Episcopo Pampelonensi facultatem fecisse per omnem Missam sedendi, ne Canonis quidam, et Consecrationis tempore excepto.*

*XXIX. Pontifex Pius V. primo Pontificatus sui anno Francisco Ferrerio Cardinali tituli S. Agnetis ob podagræ molestias stando Sacris operari non valenti veniam fecit, ut in privata Cappella sedens Sacram Liturgiam perageret : Nos specialem gratiam tibi facere volentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, circumpectioni tuæ, ut, quotiescumque devotionis gratia Missam celebrare volueris, si eam pedibus stando ob ipsas indispositiones commodè celebrare nequiveris, illam sedendo in Oratorio domus tuæ, seu Cappella tua privata, coram familiaribus, et domesticis tuis duntaxat, ita ut exinde nullus scandalum, aut offenculum capere possit, aliàs tamen rite, celebrare valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium, licentiam concedimus, et facultatem. Schediasma autographum firmatum manu Reverendissimi Cæsaris Glorierii senioris Brevium Secretarii, in Archivio secreto inter diagrammata archetypa S. Pii V. anni 1566. num. 572. assertatur. Hoc quoque Breve integrum subjiciemus,*

*sit, celebrationem hujusmodi, non publicè, sed privatim facias.* Il Breve si ritrova sottoscritto dal Cardinale Girolamo Chinucci, che era quello che aveva l'incombenza di sottoscriverli, come può vedersi nel Ciacconio *al tom. 3. pag. 569.* e da uno de' Segretarj Apostolici, il di cui nome è abbreviato. Il Breve poi si ritrova fra le minute originali de' Brevi di Paolo III. nell' Archivio segreto all' anno 1538. *num. 466.* ed intero si trascrive nel fine di questa Lettera, acciocchè ognuno, leggendolo, possa soddisfarsi. Noi qui non ci inoltreremo a discorrere della sedia artificiosa, in cui sedendo chi celebrava la Messa, pareva, che stesse in piedi; non avendo Noi pratica di simili cose: ma diremo, essere stata da Paolo III. concessa la facoltà al Vescovo di Pamplona di celebrare la Messa stando sempre a sedere, e senza l'obbligo di stare in piedi nel tempo del Canone e della Consecrazione.

XXIX. Il Pontefice S. Pio V. nel primo anno del suo Pontificato concesse al Cardinale Pietro Francesco Ferreri del Titolo di S. Agnese il celebrare la Messa nella sua Cappella privata sedendo, mentre per la grave indisposizione della podagra non poteva celebrare in piedi: *Nos specialè gratiam tibi facere volentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, circumspectioni tuæ, ut, quotiescumque devotionis gratiâ Missam celebrare volueris, si eam pedibus stando ob ipsas indispositiones commodè celebrare nequiveris, illam sedendo in Oratorio domus tuæ, seu Cappella tua privata, coram familiaribus et domesticis tuis dumtaxat, ita ut exinde nullus scandalum, aut offendiculum capere possit, aliàs tamen ritè, celebrare valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam concedimus, et facultatem.* La minuta originale del Breve è sottoscritta da Monsignor Cesare Glorieri antico Segretario de' Brevi, ed è nell' Archivio segreto fra le minute originali de' Brevi di S. Pio V. dell' anno 1566. *num. 572.*

tum ut cuique innotescat, tum, ut levitatis convincantur asserentes, rei cuiuspiam exemplum non extare, quod ipsi illud ignorent; ex quo fit, ut, dum talium assertionum facilitas laboris molestiam in alios transfert, ipsis grave accidat, si quæ existere negaverant, in lucem protrahantur.

### NARRATIO

Factorum Romanum Pontificem attingentium, quorum notitia necessaria videtur præsentem quæstionem dijudicaturæ,

XXX. *Supervacanea videri poterunt, quæ deinceps in medium erimus allaturi, si enim Summus Pontifex ullis impedimento laborantibus facultatem elargitur Missam celebrandi sedendo, mirarine subibit, si eadem ex causa eadem ipse utatur æconomia? At verò universim loquendo non videtur Pontificiæ dignitati convenire usus licentiæ aliis concessæ, Hinc ut dispiciatur, an indecens sit a Pontifice sedente Missam celebrari, disquirendum, fuerintne Pontifices, qui omnem Missæ celebrationem sedentes perfecerint. Haud equidem magni Nobis moliminis hæc res est, cum concessuri bonæ memorie Cardinali de Rohan podagra impedito licentiam celebrandi Missam sedendo, excepto Canone et Consecratione, omnia ad id argumentum facientia sollicitè conquisierimus. Neque jam illa congerere valeremus, tum senii onere gravati, et ab ægritudinis molestiis nondum plene liberi; tum verò maximè carentes libris Nobis longo usu notissimis, quos cum omni nostra bibliotheca selecta Instituto Bononiensi dedimus: quanto verò et laboris, et temporis, cuius penuria laboramus, impendio illa in libris, quibus necdum assuevimus, inquireremus?*



Si dà pure nel fine di questa Lettera il Breve intero, acciò non solamente possa ognuno soddisfarsi, ma resti ancora persuaso, dirsi da taluni con molta facilità, che non v'è esempio della tal cosa, perchè essi non ne hanno notizia: ed il comodo che si riceve dalla sopradetta asserzione, che trasfonde in altri il peso di faticare, liberandone l'asserente, suol finire in amarezza, comparando ciò, che lo stesso asserente aveva detto o non esservi, o non ritrovarsi.

### NARRATIVE

Di fatti che risguardano il Romano Pontefice, che sembrano necessarie a chi dee dare il suo giudizio sopra il caso che è in questione.

XXX. A taluno sembrerà superfluo tutto ciò che or ora riferiremo: imperocchè, se il Sommo Pontefice concede ad altri impediti, e che non possono stare in piedi, il celebrare tutta la Messa sedendo, cosa mai potrà dirsi, se, concorrendo la stessa causa, prende per sè quel comodo, che dà agli altri? Ma la riflessione in tutto e per tutto non soddisfa; potendovi essere alcune cose che non accordino colla dignità Pontificia, ancorchè il Papa, ad altri le conceda. E però, acciò si veda, se disdica al Papa il celebrare sedendo, è d'uopo vedere, se vi siano esempj de' Sommi Pontefici, che non potendo stare in piedi abbiano celebrata la Messa sedendo in tutto il tempo d'essa. Ciò a Noi non sarà di gran fatica, avendo radunato quanto potemmo radunare in questo proposito, quando dammo alla buona memoria del Cardinale di Rohano, Vescovo d'Argentina, la licenza di celebrare la Messa sedendo, eccettuato il tempo del Canone, e della Consecrazione, per l'impedimento della podagra, che non l'avrebbe lasciato stare in piedi tutto il tempo della Messa, ma unicamente in quello

XXXI. *Honorius IV*, anno 1285, in Pontificem electus, Diaconus erat, utique Presbyterio, et Episcopatu primum insigniendus. Historiographi infirmitatis habitu adfectum testantur: *Martinus e Minorum cœtu in Floribus Temporum*, *Joannes Vitoduranus*, *Andreas Ratisbonensis*, et *Hermannus Cornerus in suis Chronicis apud Joan. Georg. Eccardum in corpore Historico mediæ ævi tom. 1. pag. 1631. pag. 1758. pag. 2088. et tom. 2. pag. 936.* Affirmant alii Honorium ea pedum debilitate laborasse, ut nequidem incedere potuerit: *Riccobaldus Ferrariensis in Historia Romanorum Pontificum ad annum 1285, in tom. 9. Rerum Ital. Script. p. 182.* Alii, quod ea chyragræ, podagræque vehementia afflictabatur, ut digitum digito jungere nequiret, teste *Muratorio Annalium Italicæ tom. 7. pag. 460.* Missam sine instrumentorum quorundam adminiculo celebrare hæud valebat. *Ptolomeus Lucensis lib. 24. Hist. Eccles. cap. 13. in tom. 11. Rer. Ital. Script. pag. 1191.*, *Raynaldus ad annum 1285. num. 14.*; *Pleuryas tom. 28. Hist. Eccles. pag. 371. et in vita ejusdem Pontificis Ciacconius tom. 2. pag. 247.*, *Burius, Pagius tom. 3. pag. 455. num. 3.*; auctor *vita Pontificum Hagæ Comitum editæ tom. 3. pag. 289.* Porro Instrumenta quibus ad perficiendam celebrationem utebatur, describit *P. Franciscus Pipinus ex Ordine Prædicatorum in Chronica lib. 4. cap. 22.* Pedibus erat ita ægrotus, ut nec ambulare, nec stare posset: manus autem sic

del Canone, e della Consecrazione. L'unione delle notizie, che allora facemmo, non ci sarebbe oggi riuscito di fare, non solo pel grave peso degli anni, e della nostra non perfetta guarigione, ma perchè avendo destinata la nostra copiosa, e scelta libreria all' Istituto di Bologna, ed avendo ad esso trasmessa una gran parte de' Libri, de' quali avevamo tutta la pratica, ciò ci astringe a chiedere ad altri que' Libri più rari, de' quali abbiamo bisogno; il che ci è di non piccolo incomodo, e perdita di tempo, di cui poscia abbiamo gran carestia.

XXXI. Onorio IV. fu eletto Sommo Pontefice nel 1285. e non era; che Diacono, in tal maniera che fu d'uopo consecrarlo Prete, e Pontefice. Gli Istorici attestano, ch'era abitualmente infermo. Martino Minorita *nel suo Flores Temporum*, Giovanni Vitodurano *nella Cronaca*, Andrea di Ratisbona pure *nella Cronaca*, Ermanno Cornero parimente *nella Cronaca*, appresso Gio: Giorgio Eccardo *nel suo Corpo istorico del medio evo al tom. 1. pag. 1631. pag. 1758. pag. 2088, ed al tom. 2. pag. 936.* Altri, ch'era talmente infermo ne' piedi, che non poteva camminare: Riccobaldo Ferrarese *nella Storia de' Pontefici Romani all' anno 1285. nel tom. 9. Rer. Ital. Script. pag. 182.* Altri, ch'era talmente oppresso dalla gotta; che non poteva unire un dito coll' altro: Muratori *negli Annali d' Italia tom. 7. pag. 460.* Altri, che non poteva celebrare la Messa; se non coll' ajuto d'alcuni strumenti: Tolomeo Lucense *ul lib. 24. della sua Storia Eccles. cap. 13. nel tom. 11. Rer. Ital. Script. pag. 1191.* il Raynaldi *all' anno 1285. num. 14.* il Fleury *al tom. 18. della Storia Ecclesiastica pag. 371. e nella Vita del detto Pontefice il Ciaconio al tom. 2. pag. 246.* il Burio, il Pagi *al tom. 3. pag. 455. num. 3.* l'Autore delle Vite de' Papi stampate all' Haya *al tom. 3. pag. 289.* Non manca poi chi descrive ancora gli strumenti coll' ajuto de' quali sedendo celebrava la Messa. Questi è il P. Francesco Pipino di Bologna,

contractas habebat, ut digitos, exceptis pollicibus, unum ad alterum jungere non posset; immo etiam carne superexcrecente ferè unus ab altero secerni non poterat. Et, cum celebraret, ponebatur Corpus Domini inter ipsos pollices, et quodam instrumentò ligneo, quo insidebat, volvebatur ad populum: *videri cuncta possunt cit. tom. 9. Rer. Ital. Script. pag. 727.*

*XXXII. In Commentariis Pii II. anno 1458. ad Pontificatum eVecti, post prolixam narrationem institutæ supplicationis in translatione Capitis S. Andreæ Apostoli ex Achaia eidem Pontifici dono missi, hæc adduntur: Die Sabbathi, quæ fuit Aprilis 17., celebrato grandi Officio, cum benediceret populo Pontifex Maximus, promisit in crastinum, ob reverentiam Resurrectionis, in Ecclesia Principis Apostolorum sese rem Divinam facturum, portaturumque eo Sacrum Andreæ Caput, ut iterum atque iterum videretur, quod ex altari Beati Petri abductum, in Palatio clauserat. Res nova, et insperata fuit. Nam propter ægritudines et absentiam Pontificis ante quatuor annos, non viderant Romani suum Pontificem Divinam Hostiam offerentem. Cùmque suis pedibus stare Pius Præsul nequireret, excogitata ingenia sunt, ut quasi sedens celebraret.*

*XXXIII. Pius III. in Pontificem anno 1503. electus nonnisi Diaconus erat, atque lethali ulcere impediabatur, ne pedibus posset insistere. Sedens itaque Sacerdotio est initiatus a Cardinali Tituli S. Petri in Vinculis 30. Septembris; 1. vero Octobris ejusdem anni Episcopus consecratus, octavo postea die diademate Pontificio insignitus, sedens Missam Pontificalem celebravit in Basilica Vaticana. Omne id habetur libro*

dell' Ordine de' Predicatori , che nella sua Cronaca al lib. 4. cap: 22. così lasciò scritto : *Pedibus erat ita ægrotus, ut nec ambulare, nec stare posset : manus autem sic contractas habebat, ut digitos, exceptis pollicibus; unum ad alterum jungere non posset; immo etiam carne superexcescente ferè unus ab altero sæcerni non poterat. Et cum celebraret; ponebatur Corpus Domini inter ipsos pollices, et quodam instrumento ligneo, quo insidebat;olvebatur ad populum : conforme si può vedere nel cit. tom: 9: Rer. Ital. Scripti: alla pag. 727.*

XXXII. Ne Commentarj di Pio II. che fu eletto Sommo Pontefice l'anno 1458. alla pag. 203. dopo una lunga narrativa della Processione fatta nel trasporto del Capo di S. Andrea Apostolo, venuto dall' Arabia in dono allo stesso Pontefice, si leggono le seguenti parole : *Die Sabbathi, quæ fuit Aprilis 17. celebrato grandi Officio, cum benediceret populo Pontifex Maximus, promisit in crastinum; ob reverentiam Resurrectionis; in Ecclesia Principis Apostolorum sese rem Divinam facturum; portaturumque eo sacrum Andreæ Caput, ut iterum atque iterum videretur, quod ex Altari Beati Petri abductum, in Palatio clauserat. Res nova eque insperata fuit. Nam propter ægritudines, et absentiam Pontificis ante quatuor annos; non viderant Romani suum Pontificem Divinam Hostiam offerentem. Cumque suis pedibus stare Pius Præsul nequireret, excogitata ingenia sunt; ut quasi sedens celebraret.*

XXXIII. Pio III. fu eletto Sommo Pontefice nel 1503., e non era, che Diacono, ed aveva in una gamba una piaga mortale in tal maniera che non poteva stare in piedi. Sedendo fu ordinato Prete dal Cardinale di S. Pietro in Vincoli ai 30. di Settembre 1503. e dallo stesso fu consecrato Vescovo nel giorno 1. Ottobre: e nel giorno 8. dello stesso mese fu coronato,

*ultimo Ephemeridum Joannis Burcardi Cæremoniârum Sacrarum Magistri pag. 56. 58. et 59. quem codicem Bibliotheca habebat Cardinalis Silvii Valentis nostri quondam Status Secretarii, jam verò tenet Reverendissimus Ludovicus Valenti ipsius Nepos :*

ANNO MDIII.

Die Veneris 29. Septembris ordinavi sedem pro Papa, in qua sedens cruribus extensis ordinaretur, et celebraret, et mensam longam pro Altari, ut pedes subtus extendi possent.

Die Sabbathi... Cardinalis S. Petri ad Vincula ordinavit Papam... accessit in Planeta ad Papam in illa Sede ordinata ad omnia sedentem etc.

Die Dominica 8. Octobris, S. D. N. delatus in sede ad hoc ordinata, de qua per totum officium non descendit. Sed in ea post introitum Ecclesiæ... accepit in ea Pallium, et portatus in ea super solium, deinde in ea celebravit.

*XXXIV. Dum Romanus Pontifex solemniter celebrat, peracta ad Altare consecratione, ad solium suum reversus, recipit Sacram Eucharistiam sub speciebus panis, et vini stans, neque sedendo communicat prout per errorem scripserunt aliqui, viderique id potest Tbm. 2. Tract. nostri de Sacrificio Missæ sect. 1. cap. 20. §. 1. edit. Ital. Latinæ verò sect. 1. num. 339. In ceremoniali autem libro Cappellæ Papalis liberum est Summo Pontifici porrigendi Sacram Communionem Cardinalibus Diaconis, aliisque solio assistentibus sedendo; qua Nos libertate usi sumus nunquam, Augustissimum Sacramentum stando semper distribuentes. Electi Pontificis in Episcopum consecrandi scapulis a Cardinali conse-*

e celebrò sedendo la Messa Pontificale nella Basilica Vaticana. Il tutto si vede nel libro ultimo dei Diarj di Giovanni Burcardo, Maestro delle sacre Ceremonie, *alla pag. 56. 58. e 59.*, che era nella Libreria del fu Cardinale Silvio Valenti nostro Segretario di Stato, e che oggi è nelle mani di Monsignor Luigi Valenti di lui Nipote :

## ANNO MDIII.

*Die Veneris 29. Septembris ordinavi sedem pro Papa, in qua sedens cruribus extensis ordinaretur, et celebraret, et mensam longam pro Altari, ut pedes subtus extendi possent.*

*Die Sabbathi... Cardinalis S. Petri ad Vincula ordinavit Papam... accessit in Planeta ad Papam in illa sede ordinata ad omnia sedentem etc.*

*Die Dominica 8. Octobris, S. D. N. delatus in sede ad hoc ordinata, de qua per totum officium non descendit. Sed in ea post introitum Ecclesie... accepit in ea Pallium, et portatus in ea super solium, deinde in ea celebravit.*

XXXIV. Celebrando Pontificalmente il Romano Pontefice, dopo la Consecrazione fatta all' Altare, ritorna al Soglio, ed ivi riceve l'Eucaristia sotto le specie del pane e del vino, ma stando in piedi; non essendo vero ciò che da alcuni viene scritto, che si comunichi sedendo: come può vedersi nel tom. 2. del nostro Trattato della Santa Messa sez. 1. cap. 20. §. 1. dell' edizione Italiana, e nell' edizione Latina alla sez. 1. num. 339. Ma nel Ceremoniale della Cappella Papale si lascia il Sommo Pontefice in libertà di comunicare i Cardinali Diaconi, e gli altri Personaggi del Soglio, sedendo; il che da Noi mai è stato fatto, avendo sempre comunicato i predetti stando in piedi. Dovendosi

*crante Evangeliorum liber, capitique manus imponuntur, inde caput, manusque Sacro Chrismate inunguntur, Pontifice interea semper sedente. Similiter si electus Pontifex Subdiaconatu, Diaconatu, aut Presbyteratu esset insigniendus, Episcopus Cardinalis Subdiaconatus Ordinem ei collaturus Sediti calicem vacuum cum patena, et urceolos cum vino, et aqua, bucale, et manutergium, librumque Epistolarum porrigit. In collatione Diaconatus Cardinalis ordinans stans Pontificis sedentis capiti manum imponens dicit: Accipe Spiritum Sanctum; sedentique Pontifici aptat paramenta, et porrigit librum Evangeliorum. Tandem in collatione Sacerdotii sedens Pontifex manuum impositionem, Olei sancti, quod Catechumenorum dicitur, unctionem, calicem cum vino et aqua, atque patenam cum hostia recipit. Quæ omnia luculenter ostendunt, haud inconueniens esse, sedere Pontificem in functionibus sacratissimis, atque eo ipso Missam totam a sedente posse celebrari, præsertim si pedibus debilitatis insistere non valeat.*

*XXXV. Atque hæc sunt, quæ in hac epistola exponenda duximus, eorumque disquisitioni proponenda, quorum consilia expectamus, priusquam, quid agendum, decernamus. Et si quidem sedentes Missam celebrare statuamus, tuum erit, præparare mensam Altaris cum consecrato lapide, imagine Salvatoris cruci affixi, luminaribus, aliisque ad Sacra peragenda necessariis; vacuumque subtus Altare spatium relinquetur exten-*



Il Papa eletto consecrar Vescovo che si dice, che dal Cardinale Vescovo che fa la Consecrazione, gli s'impone il libro degli Evangelj sopra le spalle, e le mani sopra il capo, e successivamente se gli fa la sacra unzione col Crisma, tanto nel capo, quanto nelle mani, stando in tutte dette azioni il Papa a sedere. Parimente, se il Papa eletto non fosse Suddiacono, o non fosse Diacono, o pure non fosse Sacerdote, nel Suddiaconato il Cardinal Vescovo, che conferisce l'Ordine stando in piedi, dà al Sommo Pontefice eletto *sedenti Calicem vacuum cum Patena, et urceolos cum vino et aqua, bucale, et manutergium*; e gli consegna il Libro Epistolario, seguitando esso a sedere. Conferendosegli il Diaconato, il Cardinale che ordina, sta in piedi, pone la mano sopra il capo del Papa sedente, dicendo: *Accipe Spiritum Sanctum*, ed al Papa sedente si consegnano i sacri paramenti, ed il Libro degli Evangelj. E finalmente nell'Ordinazione Sacerdotale s'impongono la mani dall'Ordinante sopra il capo del Papa sedente, che pure sta sedendo quando il detto Ordinante gli unge le mani coll'Olio santo de' Catecumeni, e gli consegna il Calice col vino e l'acqua, e la Patena coll'ostia, cose tutte, che dimostrano, non disdire al Sommo Pontefice nelle più sacre azioni lo stare sedendo, e rende più facile quanto di sopra si è detto, discorrendo del celebrare la Messa sedendo anche nel tempo del Canone, non potendo reggersi su i piedi in tutto il tempo del Canone, e della Consecrazione.

XXXV. Et ecco quanto abbiamo creduto bene d' esporre in questa nostra Lettera, che comunichiamo anche a quelli, il consiglio de' quali desideriamo d' avere, prima di prendere veruna risoluzione. E quando si arrivasse a prendere la risoluzione favorevole alla celebrazione della Messa; sarà suo pensiero il far preparare una tavola d'Altare colla Pietra sacra, coll' Immagine del Crocifisso, coi lumi, ed ongi altra

*dendis pedibus idoneum. Confidentes singula dexteritate tua singulari perficienda, Apostolicam tibi Benedictionem peramanter impertimur.*

**Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 11. Octobris MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.**



che si richiede per la Messa, lasciando vacuo ciò che resta sotto l'Altare, per potervi distendere i piedi; essendo sicurissimi, che il tutto serà fatto ed eseguito solita sua inarri-  
vabile diligenza. E Noi intanto di vero cuore le diamo l'Apostolica Benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 11. Octobris MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno decimo octavo.



## PAULUS PP. III.

VENERABILI FRATRI

JOANNI EPISCOPO PAMPILONEN.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**C**UPIENTES commodis tuis, qui diversis infirmitatibus podagræ detentus, quibus ferè ad membrorum invaliditatem redactus es, Limina Apostolorum Petri et Pauli visitare personaliter de triennio in triennium commodè, ut jurasti, non vales, providere, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi, ut, tua vita durante, per Procuratorem tuum ad hoc a te specialiter constitutum dicta Limina visitando, ad ea aliter visitandum minimè tenearis, nec ad id invitus a quoquam compelli possis: ac tibi, qui propter infirmitatem prædictam, Missam stando celebrare non vales, et zelo devotionis accensus Missam celebrare desideras, tibi, ut sedendo in quodam artificio sedis per te facto, in quo sedendo stare videaris, quoties tibi placuerit, Missam celebrare, benedictionem elargiri, et alia, quæ ad Episcopalem Ordinem pertinent, etiam sedendo exercere; et Horas Canonicas, diurnas, et nocturnas, cum uno, vel duobus Capellanis juxta ordinem Romanæ Curix per dilectos filios nostros Cardinalem Sanctæ Crucis, vel alios antiquitus institutum, prout tibi placuerit, liberè et licitè dicere, ac easdem Horas antepone, et postponere, et cumulativè unico contèxtu recitare sine scrupulo conscientix liberè et licitè possis et valeas, tenore præsentium de speciali gratia indulgemus, proviso: quod Divinum Sacramentum debita cum reverentia tractetur, et scandalum non sequatur; et, si celebratione tua in arti-

ficio prædicto astantes schandalizari verisimiliter credi possit, celebrationem hujusmodi, non publicè, sed privatim facias. Non obstantibus Apostolicis in Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum in Domo Sanctæ Crucis extra muros Nicen. sub Annulo Piscatoris VI. Junii MDXXXIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

*Hieronymus Card Ghinuccius*  
Fab. Vigil.



## PIUS PP. V.

DILECTO FILIO NOSTRO

PETRO FRANCISCO

Tituli Sanctæ Agnetis in Agone

PRESBYTERO CARDINALI RERRERIO  
VOCATO.*Dilcte Fili Noster, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**E**XIMIA virtutum dona, quibus personam tuam illarum largitor illustravit Altissimus, promerentur, ut votis tuis, præsertim quæ ex devotionis fervore prodire dignoscuntur, benigno annuamus affectu. Cùm itaque, sicut Nobis nuper exposuisti, tu adeo frequenter gravibus tui corporis indispositionibus et præsertim podagra, quæ te assiduè impeditum tenet, laborare solitus sis, ut quando devotionis tuæ causa Missam celebrare desideras, quoniam pedibus stare non potes, id facere nullo modo valeas; quare Nobis humiliter supplicasti, ut tibi in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur specialem gratiam tibi facere volentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, circumspectioni tuæ, ut, quotiescumque devotionis gratiâ Missam celebrare volueris, si eam pedibus stando ob ipsas indispositiones commodè celebrare nequiveris, illam sedendo in Oratorio domus tuæ, seu Cappella tua privata, coram familiaribus et domesticis tuis dumtaxat, ita ut exinde nullus scandalum, aut offendiculum capere possit, aliàs tamen ritè celebrare valeas,

auctoritate Apostolica tenore præsentium licentiam concedimus et facultatem. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub Anulo Piscatoris die xxviii. Septembris MDLXVI. Pontificatus nostri Anno Primo.

*Cæsar Glorierius.*



**J**AM cuncta congesseramus ; quæ ad celebrationem Missæ sedendo , etiam Canonis , et Consecrationis tempore ; spectare videbantur , jamque iis , quorum desuper consilium opperiebamur , erant mittenda ; cum Altissimi Providentia nova nos infirmitate probare est dignata ; in rem itaque , et ad formandum plenius judicium fore judicavimus , si quæ Nobis acciderunt ; subjungeremus.

*Dies erat 14. Mensis Octobris , cum vehemens nos aggressa est dysuria in mixtam sanguine distillationem degenerans ; Medicum ea res multum non movit quidem , Nobis verò timor exinde proveniens febrim attraxit : cui obviam itum phlebotomia ; et corticis Peruviani sumptione ; neque exciderat Nobis tum gravis nostra senectus , et illud Psalmi 89. Dies annorum nostrorum in ipsis , septuaginta anni. Si autem in potentatibus , octoginta anni : et ampliùs eorum labor , et dolor. Quo innuitur : dies annorum nostrorum in ipsis , septuaginta anni , id est , tempus vitæ nostræ in seipso conclusum , et definitum , non transcendit ultra septuaginta annos : in robustioribus autem ad octuaginta annos exsurgit : et in robustioribus usque ad octoginta. Quod verè octoginta annos excedit , infirmitatibus plenum est , et doloribus , prout Nobis contingit : et si quid ultra erit , erit labor , et dolor , ætas videlicet infirma , et variis malis , et ærumnis obnoxia. Verba sunt Venerabilis Bellarmini in eundem Psalmum.*

*Sed resumendum narrationis filum : urina naturali colori restituta , sanguinis apparentiam omnem exclusit , Nosque tam quoad capitis vivaci-*



**T**ERMINATA l'unione delle notizie appartenenti al celebrare, o non celebrare la Messa, sedendo anche nel tempo del Canone e della Consecrazione, mentre si stava per trasmettere il tutto a chi doveva somministrarci il proprio parere e consiglio, essendo piaciuto al grande Iddio di visitarci con una nuova susseguente infermità, abbiamo stimato necessario soggiungere quanto in appresso; ad effetto che, considerato ed avvertito quanto è di poi seguito, possano i nostri consilieri darci sopra il tutto un deguatò consiglio.

Fummo dunque nel giorno 14. del corrente mese di Ottobre molestamente assaliti da un gravissimo bruciore d'urina, che comparve mista e tinta di sangue; il che benchè non desse veruna apprensione al Professore, non lasciò però di riempirci di spavento, e di tirarci addosso una febbre risentita; alla quale fu poscia riparato con una cavata di sangue, e con ripetute perse di China China: nè in quella congiuntura punto ci scordammo della nostra grave età, e di quanto si legge nel *Salm. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor*: indicandosi nelle accennate parole, che *dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni; id est tempus vitæ nostræ in ipso conclusum et definitum, non transcendit ultra septuaginta annos*; e nelle persone più robuste arriva agli ottanta: *et in robustioribus usque ad octoginta*, e che, se si trapassano gli ottanta, come in noi succede, tutto deve esser malattia, tutto disgrazie; *et, si quid ultra erit, erit labor et dolor, ætas videlicet infirma, et variis malis et ærumnis obnoxia*. Sono tutte parole del Venerabile Cardinale Bellarmino sopra il *Salmo allegato*.

Proseguendo poi la narrativa di quanto è seguito, ritornata l'urina la suo color naturale, escluso in tutto e per tutto il colore sanguigno,

*tatem, quàm quoad laborandi facultatem restituti sumus in eum statum; quo ante assultum prædictum fruebamur, unum si excipias; necessitatem nimirum extrahendi urinam ope syringæ, si ultra duas horas cum dimidia ommitteremus, ingenti Nos dolori subjiceret.*

*Cùm itaque intra temporis hujusmodi interca-  
pedinem commodè satis Missæ Sacrificium ab-  
solvì possit, quisquè desuper in consillium vocatus  
liberè mentem pandet suam; debeatne Missam  
totam unà cum Canone sedendo celebrare, an  
verò secùs. Id, ut grave nemini accidat; ro-  
gantes, id sibi molestiæ sumentibus Apostolicam  
Benedictionem peramanter impertimur.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
die xxviii. Octobris MDCCLVII. Pontificatus  
Nostri Anno Decimo octavo.



ci ritroviamo e quanto alla testa, e quanto al lavoro, in quello stato, in cui eravamo prima che fossimo assaliti dal nuovo male; e quello che ora v'è, e che una volta non v'era, si è, che siamo necessitati ogni due ore e mezza in circa a far estrarre dalla vescica colla siringa l'urina, che, passato il detto tempo, e non estratta, ci cagionerebbe dolori insopportabili.

Potendosi dunque nel termine delle due ore e mezza poc' anzi accennato celebrare comodamente la santa Messa; dovrà ognuno chiamato a consiglio, accennare liberamente quanto crede a proposito o per la parte affermativa, o per la parte negativa, rispetto al celebrare la Messa sedendo anche nel tempo del Canone e della Consecrazione. Compatirassi, come preghiamo, il nuovo incomodo: dando con pienezza d'affetto a chi se lo prenderà, l'Apostolica benedizione.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xxxviii. Octobris MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.



---

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

*DIVINA PROVIDENTIA*

BENEDICTI PAPÆ XIV.

LITTERÆ APOSTOLICÆ

*QUIBUS*

Nummularii, seu Campsores Civitatis Ferrarïen., a tertio, ad secundum ordinem Consiliariorum dictæ Civitatis transferuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

QUAMVIS a Majoribus pleraque sint consultè sapienterque pro temporum conditione, statuta; complura tamen inveniuntur, quæ propter immutatam diuturno ætatum curriculo rerum faciem, reformatione aliqua, vel etiam emendatione indigere noscuntur. Quod ubi in iis maximè legibus et ordinationibus deprehendi contingat, quæ publicorum munerum administrationem, simulque communem privatorum hominum utilitatem concernunt; nihil est in quo Principis cura laudabilius exerceri valeat, quam ut Prædecessorum leges, et antiqua Statuta, præsentî Reipublicæ statui, ac Subditorum commodis studeat attemperare.

Sanè exhibita Nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum modernorum Nummulariorum, seu Campsorum Civitatis Nostræ Ferrariensis petitio continebat, quod aliàs, felicit recordationis, Clemens Papa VIII, Prædecessor Noster, ut rectum illius Civitatis Regimen constitueret, per suas Litteras sub Anpulo Piscatoris datas Ferrariæ die xv. Junii Anni Domini MDXCVIII. Pontificatus Sui Anno septimo, unum Consilium Centum Virorum, de triennio in triennium renovandum, et immutandum, Apostolica auctoritate, sub certis modo, et forma tunc expressis, perpetuò erexit, et instituit; ipsumque Consilium universam Civitatem, et Communitatem Ferrariensem repræsentare voluit, et statuit: pro renovatione verò dicti Consilii de triennio in triennium facienda, nec non occurrente quomodolibet infra triennium alicujus loci vacatione, vigintiseptem Consiliariorum primi Ordinis electionem, Sibi, et Successoribus suis Romanis Pontificibus perpetuò reservavit; Aliorum verò Quinquagintaquinque Secundi Ordinis, ipsimet Concilio, ac reliquorum Octodecim Consiliariorum respective electionem, sex Universitatibus, ut infra nuncupatis, nempe Artistarum Serici, Drapperiorum, Merciariorum, Nummulariorum, Aromatariorum, ac Fabrorum, et Aurificum insimul, in perpetuum pariter concessit, opportunasque superaddidit ordinationes, ad rectum Instituti hujusmodi Consilii directionem, ac moderationem asserendam; prout in dictis Litteris plenius continetur.

Cùm autem, sicut eadem petitio subjungebat, etsi pro illorum temporum conditione nummulariæ negotiationis exercitium inter præfatas artes non immeritò forsàn adscribi; et recenseri potuerit, nihilominus successivis temporibus, et potissimum hac nostra ætate, adaucto ubique commercio, et honestioribus quibusque viris ejusmodi institutum amplectentibus, cum alibi; tum præsertim in dicta Ferrariensi Ci-

vitae, nummularia exercentes, longè ampliorem sibi existimationem supra alias præmemoratas artes comparaverint: Ideo pro parte dictorum Nummulariorum, seu Campsorum Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in eorum decoris honestatisque complementum, ipsiusque commercii profectum, tam ipsos exponentes, quàm alios pro tempore in dicta Civitate Nummulariam exercentes, e tertio, ad secundum præfati Consilii ordinem perpetuò transferre dignemur.

Nos igitur attendentes, quàm æquum sit opportunumque ad commercium in Civitatibus, et Provinciis fovendum, ampliandumque, Personas in ipsum diligenter, honestèque incumbentes congruis honoribus non fraudari, et Pontificiæ munificentiae favoribus attolli; ac etiam inhærentes Constitutioni felicitatis etiam recordationis Clementis Papæ X. Prædecessoris pariter Nostri, per qua Nobilibus quoque Personis in tota Pontificia temporali Ditione expressè permissum fuit, ut absque Nobilitatis læsione, mercaturis, negotiationibus, et commercii vacare possint; dictorum Nummulariorum, seu Campsorum, quamvis Nobilitatis gradu, et juribus nequaquam gaudentium, votis in hac parte annuere, eisque specialem gratiam facere volentes, eosque à quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, de consilio etiam Dilecti Filii Nostri Joannis Francisci Sancti Adriani S. R. E. Diaconi Cardinalis Banche-rii nuncupati, Nostri, et Sedis Apostolicæ in Civitate et Provincia Ferrariensis Legati, nunc existentis, audito quoque desuper Dilecto pariter Filio Marchione Francisco Calcagnini moderno Judice Sapientum, ejusdem Civitatis Nostræ  
Ferrariensis.

Ferrarien. ; hujusmodi supplicationibus inclinati : Omnes, et singulos Campsores in Civitate Ferrarien. prædicta, Domi suæ nummulariam, et Cambia honestè exercentes, vulgò Bancheiros nuncupatos, a dicto tertio Ordine, seu a tertia Classe Consiliariorum ad secundum Ordinem, seu secundam Classem eorundem Consiliariorum, ita ut deinceps ipsi Campsores inter Quinquagintaquinque dicti secundi Ordinis, seu secundæ Classis Consiliarios, servata tamen in reliquis omnibus dicti Clementis Prædecessoris Constitutione prædicta, eligi, et respectivè subrogari liberè, et licitè possint, et valeant; Apostolica auctoritate, harum serie perpetuò transferimus et elevamus, ac transferri, et elevari volumus, et mandamus.

Ne autem propter hoc minuatür numerus Octodecim Consiliariorum Tertii Ordinis, in primodicti Clementis Prædecessoris Litteris præfinitus, et respectivè numerus artium, ex quibus, et a quibus iidem Octodecim Consilarii assumi, atque eligi debent, per easdem præsentibus statuimus, volumus, et mandamus ut duæ Fabrorum et Aurificum Universitates, quæ hæcenus pro una tantummodo Arte ad præmissum effectum, ex præscripto earundem Litterarum habebantur, in posterum, rescisso hujusmodi communionis vinculo, duæ Artes reipsa sint, et censeantur, ad eundem effectum, videlicet, ut unaquæque ex illis seorsim, et separatim jus habeat eligendi tres viros, ex propriæ artis gremio, in tertiam Consiliariorum Classem, servato in reliquis earundem Litterarum tenore, referendos, et cooptandos.

Decernentes, easdem præsentibus, et in ea contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis forsan interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati vel auditi fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, legitima, et privilegiata causa de necessitate juris vel facti exprimenda, nullo umquam tempore de

subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci posse: sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios effectus sortiri, et obtinere, dictisque Campsoribus, seu Nummulariis pro tempore existentibus in Civitate prædicta, in omnibus, et per omnia plenissimè suffragari debere.

Sicque, et non aliàs in præmissis, per quoscumque Judices, Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Vicelegatos, cæterosque quoslibet, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus prædictis primodicti Clementis Prædecessoris Litteris, aliisque quibusvis Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Civitatis Ferrariens. prædictæ, illiusque Communitatis, et Hominum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Litteris Apostolicis, eidem Civitati, vel illius Communitati, et Hominibus, aut aliis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis ac eum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio et ex certa scientia, et potestatis plenitudine, ac Consistorialiter per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, vel aliàs quomodolibet, in contrarium præmissorum forsitan concessis, confirmatis, et approbatis, ac pluries innovatis: Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma



ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores, formas, causas, et occasiones præsentibus pro plenè et sufficientè expressis, insertis, et servatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris; ad præmissorum effectum, specialiter, et expressè, ac plenissimè et amplissimè derogamus, et derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, translationis, elevationis, mandati, statuti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, et Pauli, Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo, Septingentesimo, Quinquagesimoseptimo, Octavo Idus Decembris, Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

*N. Sub-Datumus.*

*Pro D. Card. Passioneo,*

*Joannes Florius Substitutus,*

VISA DE CURIA.

J. C. Boschi.

L. Eugenius,

Loco ✕ Plumbi.

*Registrata in Secretaria Brevium,*

mmmm

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**E**MANAVIT nuper a Congregatione Particulari Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium a Nobis Deputata, ſuper octo Dubiis vertentibus inter Venerabilem Fratrem Archiepiſcopum Limanum ex una, et dilectos Filios Presbyteros Seculares Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Civitatis Limanæ ex altera partibus, Reſolutio tenoris ſequentis, videlicet. Limana, ꝛ Die Veneris xxx. Decemb. MDCCVII. in Œdibus Eminentissimi, et Reverendiſſimi Domini Cardinalis Sacripantes Vitutti, habita fuit Congregatio Particularis, a Sanctiſſimo Deputata, ejuſdem Eminentissimi Domini, atque Eminentissimorum, et Reverendiſſimorum Dominorum de Matthæis, et Argenveilliers, in Causa Limana inter Venerabilem Congregationem Oratorii Sancti Philippi Nerii Civitatis Limæ, et Reverendum Dominum Promotorem Fiscalem Curie Archiepiſcopalis ejuſdem Civitatis; et in ea fuerunt proposita, et diſcuſſa ſequentia Dubia. I. An Congregatio ſit omnimodè ſubjecta Reverendiſſimo Archiepiſcopo, in modo, forma, aſſumptis, et materiis? II. An Congregatio teneatur tradere Archiepiſcopo visitanti quatuor Libros, quos juxta conſtitutiones debent habere Patres Oratorii, nec non Libros, ſeu Indices Archivii, et Bibliothecæ, et Inventarium ſupellectilium Eccleſiæ? III. An aſſerta exemptio ab exhibitione prædictorum Librorum ceſſet, dum Archiepiſcopus uti Apoſtolicus Delegatus viſitet? IV. An interiores OEconomie Congregationis, quoad Expensas, et Computa, necnon Electiones Præpoſitorum, Nominationes, Admiſſiones, et Expulſiones

Presbyterorum, sint subordinatæ directioni Archiepiscopi? V. An casu quo Congregatio Oratorii de Urbe, necnon aliæ Congregationes, sint a prædictis exemptæ: idem ferri debeat Judicium de Congregatione Limana, cuius Præsbyteri a Fundatione usque ad præsens; sunt valde pauci, vivuntque et aluntur, non tam ex proprio Patrimonio, quàm ex Bonis relictis in commune Congregationi; et ex emolumentis Ecclesiæ Hospitalis, pro funeribus; Missis Capellaniarum; Confraternitatum, et ex aliis causis? VI. An destinatio Procuratoris pro Curia Matriti, aut Romæ, fieri a Congregatione debeat, cum interventu Archiepiscopi, sitque Is certiorandus de Causis ipsius destinationis, valeatque eas improbare? VII. An Archiepiscopus sit Judex competens in Causa Nullitatis Electionis ad Præposituram, et Promotor Fiscalis de ea Jure agere valeat; prout etiam, pro Observantia omnium Constitutionum? VIII. An Adimplementum Capellaniarum, aliorumque Piorum Operum existentium in Congregatione, et Ecclesia Hospitalis, pertineat ad internum Regimen; ita ut sit extra Visitationem Archiepiscopi, in casu etc. Eisdemque Dubiis responsum fuit. Ad primum: Affirmativè; exceptis ejus Instituto, sive iis; de quibus loquuntur Constitutiones Congregationis. Ad secundum: Negativè, exceptis Inventario Supellectilium Ecclesiæ; necnon eorundem Visitatione. Ad Tertium: Non esse locum in præmissis, Juri Delegato. Ad Quartum: Negativè in omnibus. Ad Quintum: Affirmativè in omnibus. Ad Sextum: Negativè in omnibus. Ad Septimum: Affirmativè quoad primam partem; quo verò ad secundam, Promotorem Fiscalem agere non posse ex Officio; et nullo ex Sacerdotibus Congregationis instante pro Nullitate Electionis; quoad tertiam, negativè. Ad octavum: Negativè, servatâ tamen quoad Ecclesiam Hospitalis Dispositione Brevis Sanctissimi Domini Nostri Tertia Augusti MDCCLVII. Factaque per

me infrascriptum , Relatione Sanctitati-Suæ omnium , et singularum supradictorum Resolutionum in Audientia habita die VIII. Januarii MDCCLVIII. eas dignatus est in omnibus approbare , mandavitque desuper expediri Literas Apostolicas in forma Brevis. In quorum fidem etc. Datum Romæ ex Palatio nostræ solitæ Habitationis hac die nona Mensis Jan. MDCCLVIII. C. M. Cardinalis Sacripantes Vitutii. Loco ꝑ Sigilli.

Cùm autem sicut dicti Presbyteri Sæculares Nobis subinde exponi fecerunt , ipsi Resolutionem hujusmodi quo firmiter subsistat , et servetur exactis, Apostolicæ confirmationis Nostræ Patrocinio communiri , summopere desiderent. Nos igitur ipsos Exponentes, specialibus favoribus , et gratis prosequi volentes , et eorum singulares Personas , a quibusvis Excommunicationis , Suspensionis , et interdicti , aliisque Ecclesiasticis Sententiis , Censuris , et pœnis a Jure , vel ab Homine quavis occasione , vel Causa latis , si quibus quomodolibet innodata existunt , ad effectum præsentium tantum consequendum , harum seriè absolventes , et absolutas fore censentes , Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati ; præinsertam Resolutionem a memoratis Cardinalibus , ut præfertur , super dictis Dubiis captam , Auctoritate Apostolica , tenore præsentium confirmamus , et approbamus , illicque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus , omnesque , et singulos Juris , et Facti defectus , si qui desuper forsitan intervenerint , supplementis , et sanamus. Decernentes easdem præsentis Literas , firmas , validas , et efficaces existere , et fore , suosque plenarios et integros effectus sortiri , et obtinere , ac illis , ad quos spectat , et pro tempore quancumque spectabit , plenissimè suffragari , et ab eis respectivè inviolabiliter observari ; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios , et Delegatos , etiam Causarum Palatii Apostolici

Auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his, a quocumque, quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris de XXI. Januarii MDCCLVIII. Pontificatus nostri Anno Decimo octavo.

*Pro Domino Card. Passioneo,*

*Joannes Florius Substitutus.*

Loco ✕ Sigillis

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, salutem, et Apostolicam  
Benedictionem.*

**E**XPONI Nobis nuper fecit Dilectus Filius Vincentius de Amil Fexioo, Presbyter Secularis, ac Procurator in Romana Curia Congregationis Oratorii Sancti Philippi Nerii Congregationis Limanæ, quod tam ipsa Congregatio Limana, quam aliæ Valentina, Hispalensis, Biacensis in Diœcesi Giennen., et Conchensis, aliæque in Ditionibus Charissimi in Christi Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici existentes, ita sunt institutæ, ut Alumni in illis recipi, seu admitti minimè possint, nisi annuas præstationes, aut alias certas, et idoneas facultates, certosque annuos redditus habeant, quarum titulo ad Sacros Ordines suo tempore promoveri valeant. Cùm autem sicut eadem Expositio subjungebat non omnes Sacro Presbyteratus Ordini adscribi cupientes, tantum Patrimonii habeant,

ut de proprio vivere queant, necessitati verò Congregationis Limanæ hujusmodi numerus Sacerdotum in ea existentium minimè congruens reperiatur, et defectus iste sensibilior, seu verius perniciosior existat, etenim in ea satis novi Orbis perampla Civitate abundant quidem Fideles, at non minor est Paganorum, aut de recenti ad Fidem reductorum frequentia, unde sequitur, ut illius Sacerdotes, etsi, numero tredecim, præter Laicos, extremos impendant labores, pares minimè sunt spiritualibus Populi necessitatibus; debent namque excipere Christifidelium Confessiones magnæ devotorum multitudine, qui quotidie ad eorum Ecclesiam ad id conveniunt: quotidie quoque Verbum Dei, et Catholicæ Legis Præcepta docent, et prædicant; occurrunt etiam quacumque hora invitentur, ut auxilium, et assistentiam præsent in supremo Agone constitutis; et demùm famulantur, et subveniunt Pauperibus Sacerdotibus Infirmis se recipientibus in Hospitali, cujus cura, et administratio eisdem credita, et demandata existit; ac proinde, dictus Vincentius ad augendam Dei Gloriam, et ipsius Instituti incrementum, animarumque salutem promovendam, Superioribus earundem Congregationum facultatem excipiendi singulis annis in memoratas Congregationes, seu Domos octo, vel sex ad minus idoneos viros cæteris qualitatibus præditos, licet rerum temporalium inopes, quive ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines ad Titulum Missionis, et Mensæ Communis per Ordinarios Locorum promoveri possint, sibi a Nobis concedi plurimum desideret Nos igitur ipsius Vincentii Votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et pœnis a Jure, vel ab Homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absol-

ventes, et absolutum fore censes, Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati : Fraternalitati, tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut ex Alumnis memoratæ Congregationis Oratorii Sancti Philippi Neri Civitatis Limiæ, quos Divino Cultui promovendo, et Animarum saluti procurandæ, juxta datam tibi a Domino Prudentiam aptiores, et sincera mente alacriores deprehenderis, singulis annis aliquot ad Titulum Missionis, et Mensæ Communis ad Sacram Ordinationem admittere, eosque ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus Ordines, servatis aliis servandis, promovere liberè, et licitè pro tuo arbitrio, et Prudentia Auctoritate Nostra Apostolica possis, et valeas, quotquot scilicet re ipsa ad suprascriptas enunciatas causas, et indigentias, necessarios in Domino judicaveris; ita tamen, ut si hujusmodi Promoti ad Titulum Missionis, vel Mensæ Communis, a prædicta Congregatione quandocumque discesserint, vel dimissi fuerint, Suspensionem a Divinis ipso facto incurrant, eo usque duraturam, donec sufficiens Beneficium Ecclesiasticum in Titulum, seu Ecclesiasticam Pensionem obtinuerint, vel Patrimonium Sacrum a Te, seu pro tempore existente Archiepiscopo Limano approbandum, sibi constituerint, absque eò quod Congregatio prædicta, ullius præstationis onere gravetur, plenam, et amplam facultatem eadem Auctoritate tribuimus, et impertimur. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel Specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus; ac dictæ Congregationis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, et sufficienter ex-

pressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiii. Jan. MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno XVIII.

*Pro D. Card. Passioneo,*

*Joan. Florius Substitutus.*

Loco ✕ Sigilli.





## DAMNATIO, ET PROHIBITIO

Operis, cui Titulus : *Storia del Popolo di Dio, dalla Nascita del Messia, sino alla fine della Sinagoga etc. Parte Seconda : con Raccolta di Dissertazioni, et in fine la Difesa della medesima seconda parte etc.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad futuram rei memoriam.*

**C**UM ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indici Librorum prohibitorum, et expurgandorum præpositam nonnullis abhinc annis denuntiatum fuisset Opus Gallico Idiomate conscriptum, hoc Titulo : *Histoire du Peuple de Dieu, depuis la naissance du Messie, jusqu'à la fin de la Sinagogue*; Hujusmodi Opus maturo examini subjectum, et consequenter proscriptum fuit; Decreto edito die XVII. Aprilis Anni MDCCLV., et a Nobis ipsis confirmato. Sed quum nihilominus aliquis repertus fuerit, qui nimiam audaciam illud ipsum Opus in Italicam linguam conversum Typis edere non dubitavit sequenti titulo : *Storia del Popolo di Dio dalla Nascita del Messia, sino alla fine della Sinagoga, tratta da soli Libri Santi dal Padre Isacco Giuseppe Berruyer della Compagnia di Gesù : Seconda Parte : tradotta dal Francese da un Religioso della medesima Compagnia: in Venezia MDCCLVI. nella Stamperia Remondini*, adjectis ad calcem versionis hujusmodi non solum Mantissa *Dissertationum* ab Auctore latinè conscriptarum, sed etiam, Apologia ipsius operis, cujus Titu-

lus est = *Difesa della seconda parte della Storia del Popolo di Dio del Padre Berruyer, tradotta dal Francese etc.* Vix dici potest, quantum inde offensionis, et scandali conceperint boni, ac Deum timentes cujusque gradus, et conditionis homines, quorum justas ea de re querelas ad Apostolatam Nostram delatas debita consideratione pensantes, ne officio Nostro deesse videremur, adacti sumus committere Venerabilibus Fratribus Nostris ejusdem S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem auctoritate Apostolica deputatis, ut ad iteratum, ac rigorosum examen revocarent tum ipsum opus Gallicè editum, tum ipsius versionem in Linguam Italicam, etiamsi dubitari nequeat, quin Opus uno aliquo idiomate primitus editum, atque ita proscriptum, quacumque alia Lingua postmodum exhiberi contingat, eadem proscriptione notatam intelligatur, tum demùm Collectionem illam Dissertationum Operi adjectarum, et Apologiam Italicæ versioni, ut præfertur subjectam. Ut itaque mandatis Nostris fieret satis, convenientibus primùm inter se Theologis ad novum examen deputatis, iisque in pluribus sessionibus ea de re habitis, rem omnem diligenter scrutantibus, et ponderantibus, suasque sententias, et scripto, et voce pendantibus, visum est, Opus præfatum, sive Gallico, sive Italico, sive alio quocumque Idiomate conscriptum, translatum, atque editum unà cum prædictis Dissertationibus et Apologia prohibendum esse tanquam continens propositiones respectivè falsas, temerarias, scandalosas, faventes hæresi, atque hæresi proximas, communique et unanimi Sanctorum Patrum et Ecclesiæ consensui in Divinarum Scripturarum interpretatione minimè congruentes. Post censuram Theologorum, ut supra, deputatorum delata res est ad secundodictam Congregationem Generalium Inquisitorum, et coram Nobis habitam die xxix. Dec. elapsi Anni MDCCLVII.

in qua, quum iudicium eorumdem Cardinalium Inquisitorum relatæ Consultorum Sententiæ omninò conforme fuerit; Nos demùm, lectis atque perpensis dictorum Theologorum Consultationibus scripto, exaratis, auditisque eorumdem Cardinalium consiliis, per has Nostras Apostolicas Literas sæpedictum Opus tam Gallico, quàm Italico, aliove quolibet Idiomate conscriptum, translatum, aut Typis impressum, nec non Dissertationes, et Apologiam superiùs enuntiatas, propterea quod in illo, et in illis continentur Propositiones respectivè falsæ, temerariæ, scandalosæ, faventes hæresi, atque hæresi proximæ, et a communi, et unanimi Sanctorum Patrum et Ecclesiæ sensu in divinarum Scripturarum interpretatione alienæ, damnamus, et reprobamus, ipsumque Librum legi, retineri, et quocumque idiomate denuò Typis imprimi prohibemus; Mandantes omnibus et singulis Christifidelibus, qui ejusmodi Librum penès se habuerint, seu in quorum manus subinde pervenerit, ut illum, statim ac præsentem Literæ eis innotuerint, hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, seu eorum Vicariis, ubi Inquisitores peculiare adsint, alioquin Episcopis, seu ordinariis locorum, tradere, et consignare teneantur, sub pœna excommunicationis majoris, quoad personas Seculares; quo verò ad personas Ecclesiasticas etiam Regulares, hujusmodi mandato Nostro non obedientes, et contrafacientes, sub pœna suspensionis a Divinis ipso facto absque alia declaratione, incurrendis; quarum absolutionem, et respectivè relaxationem Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus reservamus; excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam uniuscujusque mortis articulo; quo nimirum Confessarius quilibet ab hujusmodi censura, ut præfertur, incursa absolvere poterit. Ut autem eadem præsentem Literæ ad omnium notitiam faciliùs perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare pos-

sit, volumus, et auctoritate prædicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui; sic verò publicatas, omnes, et singulos, quos concernunt, perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent: ipsarum autem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem tam in judicio, quàm extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvii. Febr. MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno XVIII.

*D. Card. Passioneus.*



# EPISTOLA

R. P. ANTONII TAVEIRA

*ARCHIEPISCOPI GOANI*

AD

SANCTISSIMUM DOMINUM NOSTRUM

BENEDICTUM PAPAM XIV.

ET SANCTITATIS SUÆ

AD EUMDEM

*RESPONSIO.*

SANCTISSIME PATER AC DOMINE ,

**A**NGUSTIIS, quibus acriter tribulor, circumseptus, ob aliquarum ovium mihi concreditarum a recto tramite secessum, operæ pretium duxi Tibi, Sanctissime Domine, tanquam omnium potentissimo Patri, has preces humiliter effundere, ut ea pietate commotus, qua sedulè uteris erga omnes, remedium præbeas opportunum, quo ab hac animi afflictatione reddar indemnis, illasque in viam veritatis reducam, atque damna instantia, ac futura penitè avertantur.

Cùm hanc Goanam Diœcesim Dei, et Apostolicæ Sedis gratia regere cœpi, magna judicialis movebatur contentio circa cujusdam matrimonii validitatem. Nam, licet inter illud con-

trahentes non nisi impedimentum impediens ex sponsalibus cum alio antecederet contractis ortum extaret, attamen, solemnitatibus Tridentini spreto, non coram proprio Parocho cujuslibet contrahentium contractum fuerat, sed coram uno ex Apostolicis Viris, quos Missionarios appellamus, qui ad aliquos fideles instruendos in infidelium loco, vulgò Sunda, limitibus hujus Diocesis vicino commorabatur, ad quem dolosè se transtulerunt, dicentes, se velle ibi novum domicilium constituere; sed, contracto matrimonio, statim ad patriam convolarunt. Hoc idem in loco, vulgò *Quittur*, qui ultra hujus Diocesis fines intra unum, aut duas dietas ad plurimum distat, non semel postea inter impedimenta dirimentia habentes similiter contigit.

Ratio, cur aliquibus videtur, matrimonia, in his, similibusque locis contracta, valida esse judicanda, impedimentis dirimentibus seclusis, in eo fundatur, quia in illis Tridentini dispositio non viget, cum ibi publicatum non fuerit, nec receptum, quapropter, ad dicta loca extendendum non esse, asserere non dubitant, ex plurium sententia cum Sanchez *lib. 3. de matrim. disput. 18. quæst. 4. a num. 27.* qui acriter pro validitate pugnat. Hoc autem in Indiis Orientalibus, præcipuè in hac Diocesi, cum sit proxima prædictis locis, nullatenus servandum est, ne illicitis, ac peccaminosis conjunctionibus locum præbeat, prout experientia docet.

Igitur ad sedandas controversias, malaque ex similibus matrimoniis orta obvianda, opus esse mihi videtur, Sanctitatem tuam, meis precibus inclinatum, declarare, nulla esse talia matrimonia; prout olim declaratum fuit a Sacra Congregatione Cardinalium, approbante Sanctissimo Domino Urbano VIII. 14. Augusti 1621. ad instantiam Archiepiscopi Coloniensis, ut refert Schmalzgrueber *lib. 4. Decretal. tit. 3. num. 112.* Apertè tamen constituendum est, incolas hujusmodi Diocesis ad talia, et similia

infidelium loca, etiam cum animo mutandi domicilia migrantes, ad matrimonia contrahendá admittendos non esse per Missionarios, nisi cum Ordinarii licentia secundum Diócesis consuetudinem obtenta, præcedentibus tribus denunciationibus in propriis Ecclesiis, atque in iis, quarum domicilia reliquerint, solum enim tunc similia peccata cessabunt.

Die 14. Januarii 1749. indulgentia Oratoria privata concedendi per decennium Antecessori meo per Tuam Sanctitatem benignè permissa fuit. Eandemmet gratiam humiliter exposco, consequique spero, cum causæ finales illius concessionis adhuc vigeant. Nam ea deficiente, quamplurimi Nobiles præceptum audiendi Sacrum certè non adimplebunt, tam ob distantiam a propriis Parochialibus Ecclesiis, quàm ob paupertatem qua laborant. Pro his, et aliis beneficiis Deo gratias agam, enixè deprecans, Te per plures annos ad Ecclesiæ utilitatem incolumem servare. Goa 16. Decembris 1754.

*Antonius Taveira Archiepiscopus Goanus  
primus Orientalis.*



VENERABILI FRATRI

ANTONIO

ARCHIEPISCOPO GOANO

BENEDICTUS PAPA XIV.

*Venerabilis Frater, Salutem, et Apostolicam  
Benedictionem:*

**P**AUCIS abhinc hebdomadis Fraternitatis Tuæ literas accepimus, die 16. Decembris 1754. data, nescientes usque adhuc, quænam diuturnæ hujus moræ fuerit causa. Exposuisti autem in iis, quod, cum receptum fuerit in Diœcesi tua Tridentinum Concilium, servatur ad amissim ibidem sanctio illa, quæ nulla declarat matrimonia, quæ sine præsentia Parochi sponsi, vel sponsæ, et sine duobus testibus celebrantur. Cum verò Diœcesi tuæ finitimus sit locus quidam, Sunda vocatus, ubi nonnulli Missionarii Sacerdotes inhabitant ad regionis incolas ad Fidem Catholicam pertrahendos, edocendosque. contigit aliquando, atque nunc etiam contigit, ut quispiam difficultates prænoscens, quæ matrimonium fortassis impedirent, quotiescumque in tua Diœcesi contrahendum foret, ab eadem discedit unà cum muliere, atque Sundam pergit, ubi neque receptum, neque promulgatum fuit Concilium Tridentinum, ibique matrimonium coram Missionario contrahit, ac subinde regrediens ad Diœcesim tuam, validum esse contendit, eo quia matrimonium non alibi nullum esse reputatur, præterquam iis in locis, in quibus Concilii Decretum receptum, ac promulgatum



fuit. Hæc est quæstio, de qua Nos interrogasti, ut normam præfiniremus, quacum in ejusmodi matrimoniis gerere te oporteat. Quamvis autem ob longævam, quin immo decrepitam ætatem, quam agimus, Nos a laboribus excusare liceret, eosdemque aliis committere, ultima Nobis definitione servata; nihilosecius, cum Divinæ placuerit Majestati sanam Nobis, ac integram mentem servare, etsi, præter senium, binæ gravissimæ infirmitates, quas perpessi sumus, Nos eo perduxerint, ut sacro Viatico, et extrema Olei unctione semel, ac iterum muniremur, petitionibus tuis recta responsum dare non omitemus, cum ob experientiam, quam in ejusmodi controversiis nacti fuimus, ut videre est in nostra Ecclesiastica Institutione, in lucem edita, dum in Archiepiscopali Bononiensi Cathedra sedebamus, quæ est la 33. Latinæ editionis sub. num. 9., tum verò etiam ob munus exercitum pluribus annis a Secretis Congregationis Tridentini Concilii, dum in minoribus agebamus, ubi similia negotia tractantur.

In integra Decretali Alexandri III. nostri Prædecessoris, sexta sub titulo *de homicidio*, quæ in Collectione Decretalium, qua utimur in scholis et foro, non integra est, sed decurtata, sequentia leguntur verba, quæ nostræ favent intentioni: *Sicut dignum, et omni rationi consentaneum est, graves, et difficiles quæstiones ad examen Apostolicæ Sedis deferri: ita etiam nobis ex ministerio susceptæ sollicitudinis imminet easdem quæstiones, prout nobis Dominus dederit, solvere, et singulis a nobis consiliis postulanti- bus respondere: ut providentia Romanæ Ecclesie, quæ ubique terrarum obtinet, disponente Domino, principatum, quæstiones solvantur, et removeatur in his ambiguitas singulorum de cordibus. Licet autem super quæstionibus, quas nobis discretio tua solvendas direxit, te non dubitamus providum, et circumspectum existere; cogimur tamen ex suscepto servitutis ministerio,*

*juxta discretionem, et providentiam nostram, tibi exinde respondere.*

Thomas Sanchez, qui quidem, tiemo ignorat, qualem sibi famam conciliaverit in controversiis ad matrimonium spectantibus, quæstionem hanc agit in suo Opere *de Matrimonio lib. 3. disp. 17. et seq.*, ubi *sub num. 29.* defendit validum matrimonium initum in loco; ubi promulgatum non fuerit Tridentinum Concilium, quamvis ille, qui contrahit, domicilium habeat in loco, ubi Concilium receptum est; indeque discesserit, ut eas difficultates aufugeret, in quas inciderat, vel incidere se posse rebatur; si matrimonium ibidem contrahere voluisset: cum verò opponitur, intercedere fraudem, tunc respondet, vel nullam inesse fraudem, ubi quis jure suo utitur, quoniam vetitum non est a loco, in quo receptum fuit Concilium, transire ad alium; ubi non sit receptum; vel; etiamsi fraus intercessisse credatur, ejusmodi fraudem illicitum quidem, non sic verò nullum matrimonium efficere. Pontius, qui non tam facile Sanchesii opinionibus adhæret, in hac tamen eidem consentit: ut videri potest *lib. 5. de Matrim. cap. 9.* Et Diana in *coördinata editione tom. 1. tract. 3. resol. 116. et 117.* Sanchesio; et Pontio subscribit. Ejusdem sententiæ sunt Bonacina *de Matrimonio quest. 2. punct. 7. num. 2. tom. 1.*, Castropalaus *part. 5. disput. 2. de Sponsal. punct. 13. §. 8. num. 4.*; Leander *part. 2. tract. 9. de Matrimonii Sacramento disp. 7. quæst. 11.*; Filliucius *tract. 10. de Matrimonio par. 1. cap. 6. num. 199.*; Rosignolus *de Matrimonio 1. contract. 15. prænot. 21. num. 8.*

Ne verò plus quàm par est sermònem protrahamus in aliorum Doctorum, atque Theologorum nòminibus cumulandis, tantummodo inuenemus, non deesse, qui contrariam sententiam tueatur, doceatque; nullum esse matrimonium ab eo contractum, qui ad evitandas difficultates, in quas incidit, vel incidere se posse veretur, si matrimonium ineat in loco

domicilii, ubi viget Tridentina lex, transit ad alium, ubi promulgata non fuit, adeoque nequitiam recepta, et post initum matrimonium, domum suam revertitur: qua de re observari poterunt Gobat in *Theologia experimentalis tract.* 9. num. 481.; Cardinalis de Lauræa de *Matrimonio disp.* 22. num. 138. et seq.; Clericatus de *Sacramento Matrimonii decis.* 35. num. 24.; Giribaldus *tract.* 10. de *Matrimonio cap.* 7. num. 22.; Sbogar in *Theologia radicali tract.* 116. de *Matrimonio num.* 52.; Schmalzgrueber ad tit. de *clandestina desponsatione num.* 112.; Richer in *eundem titulum num.* 14.; Bockhn ad tit. de *Constitutionibus* §. 3. num. 4.; Elbel in *Theologia Morali part.* 3. num. 301. et seq.; Pontas *verb. Impedimentum clandestinitatis, cas.* 3. §. Ceterum ad *casum.* Et ipse Diana, qui secutus fuerat in locis supra memoratis Sanchezii, et Pontii sententias, in *eadem editione coordinata tom.* 2. *tract.* 6. *resolut.* 74. ab iisdem recedit, ut hanc postremam amplectatur. Sylvius verò *tom.* 5. *Operum suorum edit. Antverpien, ann.* 1693. inter varias resolutiones *verb. Matrimonium num.* 8. sapienter animadvertens, matrimonium esse validum, si quis, admissa etiam fraude, patriam suam deserens, ubi Tridentinum Concilium promulgatum fuit, illud contrahit in loco, ubi non est promulgatum, postquam tamen ibidem novum quasi domicilium acquisierit; ex eo infert, nullum esse matrimonium, quotiescumque ille, qui contrahit, regreditur illico ad locum unde discessit, quin speciem quamdam domicilii adeptus fuerit in loco, ubi matrimonium contraxit.

Sedente fel. rec. Urbano VIII. Pontifice Maximo, Archiepiscopus Coloniensis Elector tria hæc dubia proposuit coram Congregatione Concilii: *Quæritur humiliter a Sacra Congregatione, an incolæ tam masculi, quam fœminæ loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, et acceptatum, transeuntes per locum, in quo dictum Concilium non est promul-*

gatum, retinentes idem domicilium, validè possint in isto loco matrimonium sine Parocho et testibus contrahere.

Secundò. Quid, si eo prædicti incolæ tam masculi, quàm fœminæ, solo animo sine Parocho, et testibus contrahendi, se transferant, habitationem non mutant.

Tertio. Quid, si iidem incolæ tam masculi, quàm fœminæ, eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque Parocho, et testibus contrahant.

Hoc autem Congregatio dedit responsum Die 5. Septembris 1626. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad primum, et secundum respondit, non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes, et transeuntes cum fraude.

Ad tertium respondit, nisi domicilium verè transferatur, matrimonium non esse validum.

Institerunt postmodum Archiepiscopi Coloniensis Procuratores, ut Congregationis responsum Pontificio Brevi confirmaretur, siquidem Archiepiscopus Elector cupiebat illud Diœcesanæ Synodo, quam habiturus mox erat, adnectere. Petitioni Urbanus VIII. indulgit, jussitque expediri Breve; cujus prima perscriptio authographa, ab eodem subscripta, reperitur inter ejusdem Brevia anni 1627. Summa verò ejusdem ita se habet: *Confirmatio resolutionis nonnullorum dubiorum super contrahendis matrimoniis a Sacra Congregatione Concilii emanatæ: juxta ejusdem Congregationis decretum.* Hujus verò definitionis contextu bene perpenseo, facile intelligitur, matrimonia primo, ac secundo loco exposita, irrita ac nulla ab eadem Congregatione decerni, eo quia fraus intercessit; validum autem censi matrimonium tertio loco positum, in quo, licet fraus intercesserit, nihilominus is, qui matrimonium contrahit, antequam illud iniret, domicilium, seu quasi domicilium adeptus erat eo in loco, ubi matrimonium inivit: *Nisi domicilium verè trans-*

*feratur*. Siquidem novum non est, neque inusitatum, quod quis domicilium habeat aliquo in loco, et quasi domicilium adipiscatur in alio: in quo rerum statu si versetur, tunc eidem liberum erit, matrimonium contrahere coram illo Parocho, intra cujus Parœciæ fines tunc inhabitat, cum matrimonio jungitur, juxta communem sententiam, a Nobis relata; sanctamque in superius memorata Institutione nostra Ecclesiastica la 33. Latine editionis.

Firmiter ejusmodi principiis semper adhæsit eadem Congregatio, quotiescumque materiæ hujus discutiendæ sese dedit occasio: etenim in quadam *Abulen.* proposita sub die prima Decembris, 1640. lib. 16. *Decretor. pag. 470. a terg. et pag. 471.* ita respondit; *Sacra etc. censuit, non valere matrimonium contractum coram Parocho loci, ubi contrahentes reperiuntur non animo ibi domicilium contrahendi.* Dum in minoribus fungeremur munere a Secretis Congregationis ejusdem, irritum ac nullum pariter declaratum fuit matrimonium ab eo contractum, qui, ut declinaret difficultates quas proprius Parochus objiciebat, ad aliam locum transierat, atque connubium fecerat coram Parocho ejus loci, a quo postmodum, contracto matrimonio, statim discesserat, ut ad pristini domicilii locum rediret; uti videre potest in *Lauretana* proposita, ac definita die 13. Julii 1725. tom. 3. *Thesauri Resolutionum Congregationis edit. Urbinaten. de anno 1739. pag. 185.*

Ex adverso eadem Congregatio validum censuit matrimonium ab eo contractum, qui discesserat a loco proprii domicilii, ut difficultates aufugeret, in quas offendisset, si matrimonium coram ejusdem loci Parocho inire voluisset, atque illud inierat coram Parocho alterius loci, postquam tamen legitimum ibidem quasi domicilium adeptus fuerat, eodemque in loco, etiam post matrimonium contractum, ad aliquod tempus permanserat: quæ definitio lata fuit die 20. Februarii 1723. in *Cæsanaten. seu Fo:*

*rolivien. Matrimonii*, quemadmodum videre est *tom. 2. supradicti Thesauri Resol. pag. 274. et seq.* ubi alias quoque similes observare licebit, quas tum diligenter collegimus. Demùm, ne prolixior evadat oratio, in celebri *Leopolien. Matrimonii*, proposita sub die 9. Junii 1725. Congregatio principia eadem ad amussim retinuit, quemadmodum legere fas est *tom. 3. Thesauri ejusdem pag. 161.* quibus pariter in eadem causa omnimodè institerat Rota Romana in *decisione 1298. tom. 6.* coram honorabilis memoriæ Lancetta Romæ Decano, et Sacræ Pœnitentiariæ Regente.

Exposita Congregationis sententia, operæ pretium erit modo referre quid Urbanus VIII. pro illius confirmatione peregerit. Equidem innuimus, jam tum ab eodem Pontifice roboratam fuisse Pontificio Diplomate: cujus cognitio cum temporis decursu ad spectabilis memoriæ Cardinalem Joannem de Lugo pervenisset, curavit is, exhiberi sibi ab Administris Coloniensis Archiepiscopi authenticum Brevis exemplum; quod cum obtinisset, Operibus sui adnexum typis edidit *lib. 1. dub. 36. Respons. Moral.* In ipsum quoque alii cesserunt Scriptores a Nobis collecti in superius memorata Ecclesiastica Institutione 33. Latine editionis; atque hoc ipsum Breve nuperrimè in lucem vulgatum reperitur in *Bibliotheca Canonica P. Ferraris*: adeo ut ex sententia communiter hodie recepta, atque observata, nullum atque irritum habendum sit matrimonium, in fraudem proprii Parochi, coram Parocho alterius loci contractum, dummodo tamen ille, qui contrahit, antequam matrimonio jungatur, legitimum domicilium, vel quasi domicilium revera in hoc altero loco adeptus non fuisset, atque inibi fortassis post matrimonium contractum ad aliquod tempus commoratus non esset. Consulantur *Salmanticenses in cursu Theologiæ Moralis tom. 2. tract. 9. de Matrimonio cap. 8. punct. 2. num. 31.*

Mittimus

Mittimus interea Fraternitati Tuæ Urbani VIII. Breve, quod Apostolicæ auctoritatis robore confirmamus, jubentes una simul, ut confirmationis nostræ documentum asservetur in Actis Congregationis Concilii, atque in nostro secretiori Vaticana Tabulario, quemadmodum Fraternitas Tua sub finem hujus nostræ Epistolæ animadvertere poterit; tibi que propterea, tuisque successoribus mandamus observantiam, et implementum ejusmodi Brevis in ista Diœcesi, ubi frequenter ejusmodi quæstiones incidunt, quibus per idem Breve opportunè prospicitur: atque hoc pacto satisfacisse Nos arbitramur petitioni, quam præposuisti in epistola die 18. Decembris 1754., ubi normam, quam sequeris, commonstrari tibi cupiebas, si contingant, uti paulo ante dicebamus, matrimonia eorum, qui ad evitandas difficultates, in quas vel offenderant, vel offensuri erant, si matrimonium in tua Diœcesi celebravissent, transeunt ad finitimum locum, in quo coram aliquo Missionario matrimonium contrahunt, deinde verò ad eam regionem, ubi verum domicilium habent, revertuntur.

Post hæc, necessarium fore censemus non nihil adjungere, ut in propatulo sit, quidnam requiratur ad quasi domicilium adipiscendum, Verum hac in re non alio pacto responderi potest, nisi quod, antequam matrimonium contrahatur, spatium saltem unius mensis ille, qui contrahit, habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur. Definitiones Congregationis Concilii hæc de re observari poterunt apud Fagnanum in *Cap. Significat, de Parochiis*, ubi earundem contextu perpense, hæc habet *sub num. 39. Vir, et Mulier Trujectenses timentes impedimentum a parentibus, cum ad vicinam urbem Aquisgranam se contulissent, et ibi aliquandiu morati matrimonium contraxissent; sacra Congregatio, consulta super validitate, censuit, exprimendum tempus, quo contrahentes Aquisgranæ manserunt; quod si fuerit saltem*  
*Tom. XII.* R

*unius mensis, dandam esse decisionem pro validitate.* Natalis Alexander in *Theologia Dogmatica et Morali lib. 2. de Sacrament. Matrim. cap. 2. art. 2. regul. 6.* animadvertit, ad acquirendum quasi domicilium, oportere, ut contrahentes, antequam matrimonium celebrent, tanto tempore eo in loco, ubi copulantur, fuerint commorati, ut ibidem cogniti jam sint, atque perspecti. Dubitari autem posset, num ad quasi domicilium acquirendum matrimonii causa, uti diximus, non solum requiratur præcedens habitatio, verum etiam subsequens ad aliquod temporis spatium: verum cum observaverimus, subsequentem habitationem ab iis Auctoribus, qui hanc tractarunt materiam, tanquam magni momenti adminiculum reputari, ut novum domicilium quæsitum dicatur, nihil verò de illa præscriptum fuisse a Concilii Congregatione in adducta paulò ante definitione penès Fagnanum, nolumus hac de re quidquam novi decernere.

Quod verò mox sequitur, respicit matrimonium initum alio in loco, ubi jam contrahentes quasi domicilium adepti fuerunt, ac proinde illud ipsum, quod prosequeretur epistola Fraternitatis Tuæ. Verum de hoc sermonem habere nequimus, nisi prius a proposito paulisper digredientes, quidquam opportunè præmittamus. Odo de Soliaco, vigilantissimus Parisiensis Antistes, qui vixit sub initium sæculi decimi tertii, promulganda statuit in suæ Dioceseos Parœciis matrimonia, priusquam inirentur; ut scilicet hoc pacto dignosci posset, num inter contrahentes impedimentum nullum subesset: atque inde denuntiationum manavit exordium, quæ tum *Bannum nuncupatæ* fuerunt. A Diocesi Parisiensi mos iste laudabilis ad aliàs quoque per Galliam permeavit; ut colligitur ex rescripto Innocentii III. ad Episcopum Beluacensem in *Cap. Cum in tuu, de Sponsal. et Matrim.* Idem Innocentius in Concilio Lateranensi quarto ad universam Ecclesiam



ejusmodi denuntiationum morem propagavit, ut videre est in *Cap. Cum inhibitio, de clandestina desponsatione*. Atque sacra Tridentina Synodus *sess. 24. de reformat. matrimon. cap. 1.* Lateranensis Concilii vestigiis inhærendo, id ipsum præcepit. Quamvis verò denuntiationes ad matrimonii validitatem nequiquam pertineant, adeo ut matrimonium, iisdem omissis, celebratum, illicitum quidem sit, quod tamen validum, non idcirco denuntiationum omissio gravi caret culpa, neque propterea negligi impune queunt in Parœciis, in quibus contrahentes inhabitant; quod si velint matrimonium extra Diœcesim, quam incolunt, celebrare, tenetur is, qui matrimonio interest, exigere prius, ut denuntiationes factæ jam fuerint in loco prioris domicilii, quamvis sit alterius Diœcesis, ad hoc ut tutò interesse possit matrimonio, quod in sua Diœcesi celebratur. Observetur Concilium Aquense anni 1585. a Sixto V. Pontifice Maximo confirmatum, sicuti etiam Rituale Romanum. Quod si vetustiora monumenta præ manibus sumere opus esset, in secunda Collectione Decretalium *Cap. primo de clandestina desponsatione*, reperitur Decretalis Alexandri III, relata etiam per Gonzalez in *Cap. Cum inhibitio, sub num. 10. de clandestina desponsatione*, ubi fit mentio oneris, quod districtè incumbit ei, qui matrimonio interest in sua Diœcesi contracto, ne scilicet interesse debeat, nisi requisierit antea ab Episcopo loci, ubi contrahentes inhabitant, prævium denuntiationum edictum, unde appareat, nullum inter eosdem impedimentum obsistere.

Constat igitur, presbyterum Missionarium, coram quo matrimonia, de quibus sermo est, Sundæ celebrantur, iisdem interesse nequiquam debere, nisi prius exhibeantur sibi denuntiationum edicta promulgata in sua Diœcesi, ubi contrahentes domicilium habent, e quibus pateat, nullum inter eosdem impedimentum reperiri. Quod si missionarius objiciat, Tridenti-

num Concilium Sundæ promulgatum non esse, tum fac ipse, ut bene percipiat; quod, si onus ejusmodi repetere, ac derivare nolit a Tridentini Concilii lege, non potest, quin illud fateatur, ac noscat sibi a Lateranensi Concilio impositum. Postquam verò, qui Sundæ matrimonio juncti fuere, ad Diœcesim tuam redierint, si Fraternitas Tua jusserit fieri tum denuntiationes, ut pateat, num inter eosdem impedimentum ullum intersit, non tam muneri tuo satisfacies, verùm, sic agendo, paulatim e medio tolles pravum nonnullorum morem ad-eundi Sundam, ut matrimonio copulentur, ob metum difficultatum, in quas inciderent, si tua in Diœcesi, ubi domicilium habent, nubere voluissent.

Decretum Sacri Tridentini Concilii, quo clandestina matrimonia irrita ac nulla declarantur, illud ipsum est, de quo plusquam de cæteris aliis in sacro illo conventu disceptatum fuisse legitur, propter diversas Patrum sententias: quemadmodum testatur Cardinalis Pallavicinus in *Historia Concilii lib. 22. cap. 4.* atque idem referunt P. Joannes Stoz, in *succincta Relatione de gestis in Concilio Trid. sess. 4. art. 24. §. 10. punct. 1. num. 548.*, Ernestus Salomon Cyprianus in libro, cui titulus *Tabularium Ecclesie Romanæ sæculi XVI, num. 159. et num. 180.*, et Mutius Calinus, Jaderensis Archiepiscopus, in Epistola diei 11. Novembris 1563. ad Cardinalem Aloysium Cornelium Camerarium, cui quidquid in Concilio eveniret, feliciter referebat, ut ex manuscripto ejusdem epistolarum Codice patet.

Dubitabatur primò utrum Ecclesia abrogare posset clandestina conjugia, propterea quod legitimus contractus, materia insimul, ac forma est Sacramenti matrimonii; mutua nempe, ac legitima corporum traditio, verbis, ac nutibus interiorem animi assensum exprimentibus, materia, et mutua pariter, ac legitima corporum acceptatio, forma: ex quo nonnulli arguebant,

quod, legitima traditione, et acceptatione simul conjunctis, subest materia, ac forma, quæ non ab alio immutari potest, præterquam ab eo, qui divinæ gratiæ est auctor, quæ per Sacramenta confertur: verùm, reponentibus aliis, Ecclesiam posse conditionem quamdam præscribere, quæ prius non aderat, sine qua contractus in posterum neque legitimus, neque validus foret, quemadmodum etiam neque legitima, neque valida traditio, et acceptatio corporum, id sacris erat, ut clandestina matrimonia irrita fieri possent, quod quidem potestatis Ecclesiasticæ limites non excedit. Desumitur responsum hoc ex doctrinâ S. Thomæ Aquinatis. *Quodlibet 5: quæst. 8. art. 15. Ad primum.* Non destitit quidam scriptor Paulus Sarpus in *Historia Concilii Tridentini*, quin contradicentium partes amplecteretur, verumtamen tanta est vis veritatis, ut Petrus Franciscus Courayer, qui Sarpium quacumque sequitur, hoc tamen loco eum deserat, atque impugnet, ut observari potest in adnotationibus ad eandem Historiam Concilii *lib. 8. §. 86. num. 88. et seq. et præsertim n. 90.*

Asserta Ecclesiæ potestate, alia successit dubitatio, num scilicet legitimæ intercederent causæ ad clandestina conjugia, quæ secundum Canones erant dumtaxat illicita, ut infertur ex Canone *Aliter*, aliisque subsequentibus, quorum unus incipit *Nullus*, alter *Nostrates*, *qu. 1. caus. 30.* nulla in posterum decernenda. Verùm, cum demonstratum fuerit, ex clandestinis conjugiiis frequenter evenire, ut qui uxorem duxerat, eam dereliqueret, atque superinduceret alteram, quodque interdum nonnulli uxorem habentes ad Sacros Ordines ascenderent, et unâ cum uxore Ecclesiastica Beneficia retinerent, quibus gravissimis malis Ecclesiastici Judices mederi nequibant, cum matrimonii contracti necessariæ probationes deessent, hoc satis superque valuit ad evincendam necessitatem infringendi clandestina connubia, ut colligitur

ex littera ipsius Conciliaris Decreti, advertitque sagaciter Natalis Alexander in *Theologia Dogmatica et Morali de Sacrament. Matrim. lib. 2. cap. 2. part. 2. proposit. 1.*

Injiciebat scrupulum aliis consideratio illa, ne scilicet clandestinis conjugis abrogatis, iis nempe, quæ sine Parocho viri, aut mulieris celebrantur  $\square$  *hujusmodi contractus irritos, et nullos esse decernit, prout eos in præsentis Decreto irritos, facit, et annullat*  $\square$  sunt verba Concilii, posset id exasperare hæreticorum animos, quorum matrimonia fuissent nulla, et consequenter illegitima soboles, quoniam coram Catholico Parocho ac binis testibus numquam celebrata fuissent. Verùm, Concilii Patribus sapienter in hunc modum statuentibus  $\square$  *Decernit insuper, ut hujusmodi Decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies habere incipiat a die primæ publicationis, in eadem Parochia factæ, numerandos*  $\square$  sicuti credibile non erat, Decretum ejusmodi ab ipsis promulgandum, inde sequebatur, quod eorum matrimonia sine præsentia Parochi, et duorum testium facta, irrita nunquam dici potuissent: ut prosequitur Cardinalis Pallavicinus *loco citato cap. 8.*

Tandem cum prævideretur, facile deperditum iri probationes, unde constaret de promulgatione Tridentini Decreti in qualibet Parœcia, atque exinde orituras plerumque dubitandi causas, num executioni demandata fuisset præscripta Conciliaris Decreti promulgatio, numque propterea vim suam obtinere deberet, approbante Pontifice Maximo, sancitum fuit a Congregatione Concilii, ad eandem promulgationem comprobendam, sufficere diuturnam observantiam ejusdem Conciliaris Decreti, ejus publicatio inducitur ex diuturnitate temporis, quo matrimonia in Parœciis coram Parocho, ac duobus testibus celebrata fuerunt: ut videre est in *Tricar. 26. Septembris 1602. lib. 10. Decretorum*, quæ existunt in Secretario ejusdem

Congregationis pag. 47. et in quadam Poloniae 13. Novembris 1638. lib. 16. Decretorum eorundem pag. 117. atque Nos ipsi observavimus in Opere nostro de Synodo Diœcesana novissimæ editionis lib. 12. cap. 5. num. 6.

Fatemur autem, postrema hæc, quæ respiciunt Decretum abrogans clandestina conjugia, materiam quidem, non sic verò propositam quæstionem attingere. Verùm, cum in epistola tua summam diligentiam perspexerimus, ingratum Fraternitati tuæ neutiquam fore arbitrati sumus, si hæc omnia oculis tuis enucleatè subjicerentur. Quod si nonnulla capita hucusque prosecuti sumus ad materiam potius, quàm ad petitionem, spectantia, Epistolam nostram eo cum responsò concludimus, quod, non materiam, sed aliam petitionem tuam pertingit. Cum igitur tuis in litteris mentionem facias de facultate prædecessori tuo ad decennium tributa, concedendæ nempe Oratoria privata debitis cum cautelis, spectato videlicet loci decore, et personarum merito, atque insimul postules, eandem tibi facultatem largiri, libenter annuimus ad annos decem, eo prorsus modo, quo illam prædecessori tuo fuimus impertiti. Atque interea Fraternitatem Tuam amantissimè complectentes, tibi, ac universo gregi sollicitudini tuæ concredito Apostolicam Benedictionem de plenitudine cordis largimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem 19. Martii MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

## DECRETUM.

### BENEDICTUS PAPA XIV.

**C**UM Venerabilis Frater Archiepiscopus Goanus Apostolatum nostrum consulendum censuerit super quibusdam dubiis respicientibus validitatem matrimoniorum, quæ aliquando a fide-

libus illius Civitatis, aut Diœcesis oriundis, contrahuntur extra ipsius jurisdictionis fines, non servata forma a sacro Tridentino Concilio statuta, propterea quod ejusdem Concilii Decretum *de Reformatione Matrimonii* in illis Diœcesi finitimis numquam promulgatum ritè fuerit; Nos quidem ad proposita dubia per Epistolam nostram eidem Archiepiscopo directam proxiùs respondere non detrectavimus; eamque in rem, inter alia, usi sumus auctoritate quarundam Litterarum fel. record. Prædecessoris nostri Urbani PP. VIII. quæ cum a privatis Scriptoribus relatæ dumtaxat legantur, sed neque communibus Bullariis hactenùs insertæ, nec alia solemnè ratione publicatæ reperiantur, Nos earundem tenorem, cum authenticis hujus Apostolicæ Sedis registis collatum, subjicimus, qui talis est, videlicet:

## URBANUS PP. VIII.

Ad futuram rei memoriam.

« **E**XPONI Nobis fecit Venerabilis Frater Archiepiscopus Coloniensis, quod habito nuper per eum ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales, sacri Concilii Tridentini Interpretes, recursu super infrascriptis dubiis, videlicet: Primò: An incolæ tam masculi, quàm fœminæ loci, in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, trans-euntes per locum, in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, validè possint in isto loco matrimonium sine Parocho, et testibus contrahere? Secundò: Quid, si eo prædicti incolæ tam masculi, quàm fœminæ, solo animo sine Parocho, et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutant? Tertio: Quid, si iidem incolæ tam masculi, quàm fœminæ, eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque

» *Parochò, et testibus contrahant? Iidem Car-*  
 » *dinales ad primum, et secundum, non esse*  
 » *legitimum matrimonium inter sic se transferen-*  
 » *tes, ac transeuntes cum fraude: ad tertium*  
 » *verò dubiorum hujusmodi, si domicilium verè*  
 » *transferatur, matrimonium esse validum, re-*  
 » *sponderunt, et resolverunt, prout in Decreto*  
 » *desuper emanato plenius continetur. Cùm au-*  
 » *tem, sicuti eadem expositio subjungebat, dictus*  
 » *Archiepiscopus responsùm, seu dubiorum præ-*  
 » *dictorum resolutionem hujusmodi, pro illius*  
 » *subsistentia firmiori, Apostolicæ nostræ confir-*  
 » *mationis robore communiri summopere deside-*  
 » *ret; Nos eundem Archiepiscopum specialibus*  
 » *favoribus; et gratiis prosequi volentes, suppli-*  
 » *cationibus illius nomine Nobis super hoc hu-*  
 » *militer porrectis inclinati, responsùm, seu du-*  
 » *biorum prædictorum resolutionem hujusmodi au-*  
 » *ctoritate Apostolica tenore præsentium appro-*  
 » *bamus, et confirmamus, illisque inviolabilis*  
 » *Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: decer-*  
 » *nentes, illud, seu illam, necnon præsentis Lit-*  
 » *teras, valida, firma, et efficacia existere, et*  
 » *fore, suosque plenarios, et integros effectus sor-*  
 » *tiri, et obtinere: sicque, et juxta illa per quos-*  
 » *cumque Judices ordinariis, et delegatos; etiam*  
 » *causarum Palatii Apostolici Auditores, judi-*  
 » *cari, et definiri debere, ac irritum, et inane,*  
 » *si secùs super his a quoquam quavis auctori-*  
 » *tate scionter; vel ignoranter contigerit atten-*  
 » *tari: Non obstantibus Constitutionibus, et or-*  
 » *dinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis*  
 » *quibuscumque.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Major-  
 rem sub Annulo Piscatoris die 14. Augusti anno  
 1627. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Ut autem de hujusmodi Litterarum autho-  
 ritate dubitari minimè valeat, Nos iterùm eas  
 Apostolica auctoritate nostra, et præsentis De-  
 creti tenore, in omnibus, et per omnia appro-  
 bamus, et confirmamus, ac novo hujusmodi

approbationis, et confirmationis robore communitas, ad prædictum Archiepiscopum transmittimus; mandantes eidem, ut in occurrentibus casibus circa personas ex ipsius Civitate, aut Diocesi oriundas, seu aliàs in causis ejusdem generis ad illius judicium legitimè delatis, juxta earundem Litterarum continentiam, et tenorem decernat, judicet, atque definiat, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Volumus autem, ut, in nostræ hujus approbationis, et confirmationis monumentum, præsentis Decreti nostri exempla, a Nobis subscripta, in Actis Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilii Tridentini Interpretum, necnon in secreto Archivo nostro Vaticano reponantur, ibique perpetuò asserventur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XIX. Martii MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo Octavo.

Ita decernimus, et mandamus.

BENEDICTUS PAPA XIV.





SS. D. N.

## BENEDICTI PAPÆ XIV.

Litteræ in forma Brevis, quibus Eminentissimus ac Reverendissimus D. Franciscus S. R. E. Diaconus Card. de Saldanha motu proprio constituitur, et deputatur in Visitatorem, et Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jesu in Regnis Portugalliæ et Algarbiorum, et in Indiis Orientalibus et Occidentalibus Regi Fidelissimo subjectis.

*Dilecto Filio Nostro Francisco S. R. E. Diacono Card. de Saldanha nuncupato.*

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Dilecte Fili noster, salutem et Apostolicam Benedictionem.*

**I**N specula supremæ dignitatis divina dispositione, meritis licet insufficientibus, constituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus in hac nostra ingravescente ætate, et parum firma valetudine obruimur curas, ad ea etiam ex debito Pastoralis officii nobis commissi sollicitè advigilare debemus, per quæ Religiosa loca, illorumque personæ divinis mancipatæ obsequiis, in pacis et quietis tranquillitate ac Regularis vitæ, et Ecclesiasticæ disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, et quæ his contraria esse noscuntur, per nostræ providentiæ, auctoritatisque Apostolicæ studium penitus evellantur, prout personarum, rerum et locorum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire. Cùm sicut pro parte charissimi in Christo Filii nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum

Regis Fidelissimi nobis expositum fuit, haud levia suborta sint inconvenientia, et abusus in Provincia, seu Provinciis Clericorum Regularium Societatis Jesu, tum Portugalliae et Algarbiorum, tum Indiarum Orientalium et Occidentalium existentibus dominio ejusdem Josephi Regis subjectis, de quibus omnes ferè nationes, Regionisque certiores factas esse existimatur propter parvum volumen typis impressum, et tum nobis, tum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus distributum: ac propterea ipse Josephus Rex summopere cupiat ut scandala, quæ ex præmissis deinceps oriri possunt quàm celerrimè removeri de benignitate, providentiaque Apostolica dignæmur. Nos qui Societatem præfatam Paternis complectimur affectibus; nil aliud proprium, ac decens in hoc rerum statu esse ducimus, quàm juxta laudabile Romanorum Pont. Prædecessorum nostrorum institutum et consuetudinem, unum ex S. R. E. præfatæ Cardinalibus deputare, et nominare, qui primùm de omnibus et singulis hujusmodi negotiis accuratè expensis plenissimè instructus, eadem ad Nos deinde referat, aperiatque, ut postea matura consideratione adhibita, quidquid statuendum sit, opportunè, et saluberrimè decernamus. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostræ deque Apostolicæ potestatis plenitudine Circumspectionem tuam, de cujus singulari fide, prudentia, integritate, vigilantia, et Religionis Zelo plurimum in Domino confidimus, in Visitatorem Apostolicum, ac Reformatorem Clericorum Regularium Societatis Jesu in Regnis, ditionibus, et Provinciis etiam Indiarum memorato Josepho Regi subjectis existentium, tenore præsentium constituimus, et deputamus, ac circumspectioni tuæ ut cum assistentia unius, seu plurium personarum in ecclesiastica dignitate constitutarum, seu secularès fuerint, seu Regularium cujusvis ordinis, seu instituti a sede Apostolica approbati a Te,

ad hujusmodi effectum, pro tuo arbitrio eligendæ, et assumendæ seu eligendarum et assumendarum probatæ vitæ, et circa statuta, et mores Regulares versatarum, Provinciam, seu Provincias Societatis Jesu præfatæ in Regnis, dominio, ditionibus, et Provinciis etiam Indiarum præfatarum eidem Josepho Regi, ut præfertur, subjectis existentes, illiusque, seu illarum domos professas, seu Novitiatui destinatas, Ecclesias seu Collegia quæcumque, Hospitia, et missiones, aliaque loca quocumque nomine nuncupata a Societate præfata dependentia, et ad illam spectantia et pertinentia etiam exempta et quocumque privilegio, ac indulto suffulta, nec non illorum superiores, Rectores, Administratores, Clericos Regulares, cæterasque personas quascumque cujuscumque dignitatis, superioritatis, status, gradus et conditionis existentes tam in capite, quàm in membris, auctoritate nostra semel visites, et reformes, ac in earumdem personarum statum, vitam, mores, ritus, disciplinam aliamque vivendi rationem, tam conjunctim, quàm divisim diligenter inquiras; nec non evangelicæ et Apostolicæ doctrinæ, sacrorum Canonum, et Generalium Conciliorum Decretis et SS. Patrum traditionibus, atque Regulari dictæ Societatis instituto, et Apostolicis constitutionibus præsertim record. memor. Urbani PP. VIII. Præd. Nostri die 22. Februarii 1633. incipien.: *Ex debito Pastoralis officii etc.* et a nobis per quasdam nostras in simili forma Brevis die 20. Decembris 1741. expeditas Litteras, quarum initium est: *Immensa Pastorum Principis etc.* editis inhærendo, et prout occasio, rerum qualitas et necessitas exegerit quacumque mutatiõne, correctione, emendatione, renovatione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoveris juxta datam tibi a Domino Prudentiam corrigas, emendas, renoves, revoces, ac etiam de novo condas, condita sacris Canonibus et Concilii Tridentini Decretis non repu-

gnantia confirmes, abusus quoscumque tollas, regulas, institutiones, et Ecclesiasticam, Regularemque disciplinam, ac in primis divinum cultum et obedientiam huic Sanctæ Sedi, et observantiam memoratarum Constitutionum Apostolicarum, si fortassè exciderint, juxta præscriptum dictæ Societatis institutum modis congruis restituas, et reintegres; si aliquos in aliquo delinquentes repereris, eos juxta canonicas sanctiones punias et castiges, ipsosque per personas etiam, ut præfertur, assumptas, ad debitum et honestum vitæ modum ac ad statum sacris Canonibus et Conc. Trid. præfatis conformem revoces, ac quidquid statueris, et ordinaveris, absque dilatione et appellatione quæ executionem quoque modo ullatenùs impediatur, omninò observari facias; quoscumque domorum, et collegiorum hujusmodi, Rectores, aliosque ministros, quos juxta datam tibi a Domino prudentiam, et tibi expediens videbitur, ab eorum respectivè officiis amovendos esse judicaveris, amoveas, ac illos sic amotos, aliasque Clericos Regulares dictæ Societatis de una ad aliam domum, seu de uno ad aliud Collegium transmittas, inobedientes, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas Ecclesiasticas, suspensionem a divinis, aliaque opportuna juris et facti remedia cogas et compellas. Nos enim tibi præmissa, et quæcumque alia circa visitationem, et reformationem, aliaque supra expressa hujusmodi necessaria, et quomodolibet opportuna faciendi, gerendi et exequendi auctoritate præfata plenam, liberam, et amplam facultatem et auctoritatem concedimus, et impertimur; et si contingat te aliqua legitima de causa detineri ut visitationem præfata per te ipsum extra civitatem Lisbonensem minimè facere valeas, alias Ecclesiasticas personas tibi benevisas cum simili, vel limitanda potestate in tui locum ad visitationem et reformationem habendam, etiam in Indiarum provinciis præfatis deputandi facultatem pariter tribuimus. Si quæ autem gra;

viora in hujusmodi visitatione repperis, ea omnia sub tuo sigillo clausa ad nos quamprimum diligenter transmittas ac nobis referas, et patefacias quæcumque ad hanc causam pertinere arbitraveris: ex re enim et tempore consilium capiemus, et effusis lacrymis omnipotentem Deum clamore valido orabimus, atque observabimus, ut, quod inde statuendum sit, matura deliberatione decernamus: mandantes propterea omnibus, et singulis superioribus, Ministris, Clericis Regularibus, aliisque personis Provinciæ, seu Provinciarum, domorum, Collegiorum, aliorumque locorum Societatis Jesu prædictis, in præfatis Regnis, ditionibus, et Provinciis etiam Indiarum ipsi Josepho Regi subjectis sicut præmittitur, existentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ nobis et Romanis Pontificibus successoribus nostris reservatæ, præterquam in mortis articulo, ac suspensionis a divinis, et privationis suorum officiorum, aliisque arbitrio nostro infligendis poenis ipso facto incurrendis, ut tibi, ac personæ seu personis per te, ut præfertur, deputandæ, seu deputandis in præmissis omnibus, et singulis promptè pareant et obediant, tuæque, et illius, seu illorum salubria monita, humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam sive poenam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore divino usque ad satisfactionem divinam inviolabiliter observari. Decernentes præsentis Litteras firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, tibi que et personis, seu personis, nominandæ, seu nominandis plenissimè suffragari, et ab illis ad quos spectat et spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac sedis Apostolicæ nuntios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi,

et interpretandi facultate, et auctoritate judicari et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus quibusvis Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis generalibus, vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, ac Societatis præfatæ illiusque domorum, Collegiorum et aliorum locorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis, eorumque superioribus prædictis, et aliis personis præfatis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, vel consistorialiter; et aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro sufficienti illorum Derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorè sub Annulo Piscatoris die prima Aprilis MDCCLVIII. Pontificatus Nostrî anno. 18.

*Pro D. Card. Passioneo.  
Joannes Florius Substitutus.*

## DECRETUM

Sanctissimi Domini Nostri **BENEDICTI PAPÆ XIV.** In Causa Neapolitana Beatificationis, et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Francisci De Hieronymo Sacerdotis Professi Societatis Jesu. Super Dubio: *An constet de Virtutibus Theologicalibus Fide, Spe, et Charitate in Deum, et Proximum, ac de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia, earumque annexis in gradu heroico, in casu, et ad effectum, de quo agitur.*

**F**ELICI exitu absolutis, quæ juxta Sedis Apostolicæ præxim præcedere debebant antequam locus esset discussioni Dubii super Virtutibus heroicis *Venerabilis Servi Dei Francisci de Hieronymo* Sacerdotis Professi Societatis JESU; habitaque super eodem Dubio virtutum Congregatione cum Antepreparatoria, tum etiam Preparatoria, diem tandem indiximus, qua Congregatio Generalis coram Nobis cogeretur. Qua tandem adveniente, post lecta, seduloque perpensa triginta sex suffragia Consultorum scripto Nobis exhibita, luculentas Cardinalium Congregationi Sacrorum Rituorum adscriptorum, et coram Nobis prolatas, Sententias audivimus, easque raro exemplo, nec adeo facili omnium animorum consensione ferri intelleximus, ad asserendam, et strenuè propugnandam Virtutum ejusdem *Venerabilis Servi Dei* heroicitatem. Idipsum accidit etiam ex Sententia Nostra, qui pridem Postulatorum Scripturas, et eorundem Consultorum scripto tradita suffragia, quo decebat studio, et diligentia libravimus; adeo ut in eadem Generali Congregatione potuissemus pro earundem Virtutum heroicitate Decretum Nostrum ex tempore pronunciare.

Verùm cum, juxta Prædecessorum Nostrorum bene, sapienterque institutum morem; cautum sit, ne Decretum Virtutum approbativum edatur in eadem Generali Congregatione; huic disciplinæ inhærentes, resolutionem in aliam opportuniorem diem rejecimus, ut interim ad Causam secundæ adhiberetur curæ; et Patrem luminum exoraremus, ut educeret tanquam lumen Justitiam suam, et Judicium suum tanquam meridiem:

Quod cum abundè præstitum sit; Nosque; Deo sic disponente, in vitæ discrimine positos noverimus, hac die S. Athanasio sacra; qua Sacrosanctam Eucharistiam per modum Viatici accepimus, ad Nos advocatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Tamburino S. R. C. Præfecto; et Cavalchino hujus Causæ Relatore; nec non Benedicto Veterani Fidei Promotore, et Divino iterum implorato præsidio a luminum Patre, proposito Dubio *Affirmativum responsum* dedimus; hoc est *Constare de Virtutibus Theologicalibus Fide; Spe; et Charitate. erga Deum; et Proximum; ac de Cardinalibus Prudentia, Justitia, Fortitudine, et Temperantia; earumque annexis in gradu heroico; in casu; et ad effectum, de quo agitur.* Et præsens Decretum in Acta ejusdem Sacræ Congregationis referri, et publicari mandavimus, hac ipsa die 2. Maii 1758. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

Loco † Sigilli.

M. Marefiscus Sac. Rit.  
Congreg. Secretarius.

FINIS DUODECIMI VOL.



## INDEX

## INITIORUM SINGULARUM CONSTITUTIONUM

QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR:

	Pag.
<b>R</b> EGIS pacifici. LVIII.	5
Non est equidem. LIX.	28
Quæ ex Apostolica. LX.	32
Ex omnibus. LXI.	49
Saluberrimum. LXII.	56
In postremo. LXIII.	60
<i>Nell' ultimo Concistoro.</i>	61
Ad curam. LXIV.	100
Gravissimum. LXV.	106
Cum Venerabilis. LXVI.	116
Ad stimmi. LXVII.	131
Ad sacram. LXVIII.	140
Quam grave. LXIX.	163
Divinarum. LXX.	174
Cum ad nonnullos. LXXI.	178
Quam religionis. LXXII.	182

## IN APPENDICE.

Cum nonnulla.	183
Jam dudum.	188
<i>E' qualche tempo.</i>	189
Ex tuis precibus.	222
Peracta a Nobis.	237
<i>Altre volte.</i>	261
Soror Imelda.	262
<i>La Madre Suor Imelda.</i>	263
Congregatio.	274
Die duodecima.	279

## IN ALTERA APPENDICE.

Ætas anni.	301
<i>Nell' Estate.</i>	303

Quamvis a Majoribus.	366
Emanavit nuper.	372
Exponi nobis.	375
Cum ad Congregationem.	379
Angustis, quibus.	383
Paucis ab hinc.	386
In Specula supremæ.	403
Felici exitu.	409

FINIS INDICIS:

## INDEX

ARGUMENTORUM EARUMDEM CONSTITUTIONUM.

ANNO MDCCLVI.

PONTIFICATUS ANNO XVI.

- V**ERONENSIS Episcopi Ordinaria privativa auctoritate in Civitatem universamque Diocesim Veronensem redintegrata, definitur jurisdictionio, quam idem Episcopus in Capitulum, subjectasque tum ipsi, tum Monasterio Sanctæ Mariæ in Organis Veron., Parochiales, ac simplices Ecclesias, et Personas earum servitio addictas, utatur. 17. *Maii.* Pag. 5
- LIX. Utinensi Metropolitanæ Ecclesiæ Missa de Spiritu Sancto cum certis Collecta et Orationibus celebranda conceditur in die depositionis, seu commemorationis B. Bertrandi Aquilejensis Patriarchæ. 18. *Junii.* 28
- LX. Privilegia Monasterii Monialium B. Mariæ Virginis, Ordinis S. Benedicti, prope et extra muros Civitatis Aquilejensis, opportuna locorum subjectorum descriptione, ac definitione jurisdictionis Delegati Apostolici, apposita, confirmantur. 30. *Julii.* 32

## PONTIFICATUS ANNO XVII.

- LXI. Refractariis Constitutioni *Unigenitus* an, et quando SS. Corpus Christi Viaticum denegari debeat, Encyclica hac Epistola definitur. 16. *Octob.* 49
- LXII. De Jure Metropolitico Archiepiscopalis Ecclesiæ Moguntinæ in novam Dioccesim Fuldensem, ejusque Clerum et Populum. 15. *Septembris.* 56
- LXIII. Consecratio electi in Episcopum, qui fuerat a Pontifice Ordinatus Presbyter, an ab ipso Pontifice, vel ex speciali ejus delegatione, sit peragenda. 20. *Octobris.* 60
- LXIV. Confirmatur Motus Proprius Sancti Pii V., et Constitutio Urbani VIII. contra tondentes monetas aureas, et argenteas: necnon Bannimenta et Decreta adversus falsificantes, alterantes, ac expedientes Cedulae Montis Pietatis, et Mensæ Nummarie Sancti Spiritus: et pœnæ in illis inflictæ ad omnes Ecclesiasticas personas extenduntur. 31. *Octobris.* 100

## ANNO MDCCLVII.

- LXV. Præscribitur ratio construendi Processus tum super statu Ecclesiarum in partibus infidelium existentium, et Populum fidelem habentium, quarum provisiones in Congregatione de Propaganda Fide proponuntur; tum super meritis præficientorum iisdem Ecclesiis. 18. *Januarii.* 106
- LXVI. Confirmatur Decretum Congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium universali adversus hæreticam pravitatem Inquisitioni Præpositorum, coram Sanctitate Sua habitæ, pro tollendis, conciliandisque dissidiis et controversiis, inter nonnullos Antistites Indiarum Occidentalium, et Missionarios Societatis Jesu exortis, super concessione Dispensationum Matrimonialium, juxta facultates ab Apostolica Sede utrisque concedi solitas. 27. *Januarii.* 116
- LXVII. Antiquum Urbis Pantheon, nunc Ecclesia ad Martyres nuncupata, sub peculiari Romanorum Pontificum tutela suscipitur, ejusque Fabricæ

- conservatio Apostolicarum Ædium Præfecto pro tempore committitur, Palatii Apostolici sumptibus procuranda. 18. *Februarii*. 131
- LXVIII. Confirmatio Concordiæ inter Archiepiscopum Moguntinum, S. R. E. Electorem, et Episcopum atque Abbatem Fuldensem initæ, super jure Metropolitico Ecclesiæ Mogantini in Episcopatum, atque Ecclesiam Fuldensem; nequon super alijs utriusque Ecclesiæ controversiis. 21. *Maji*, 140
- LXIX. Missam celebrantes, aut Fidelium Confessiones excipientes, ad Presbyteratus Ordinem non promoti, quibus pœnis ex Sacrorum Canonum, et Apostolicarum Constitutionum præscripto subjiciantur; quæ praxi hæctenùs in Judiciis adversus hujusmodi reos sit servata, et quomodo in posterum sit providendum. 2. *Augusti*, 163
- LXX. Celebrantibus Missam, aut Fidelium Confessiones excipientibus, sine Sacerdotali Characterè, sincera criminis confessio facta in primo interrogatorio generali, nihil suffragaturâ decernitur, ad evadendam pœnam traditionis brachio sæculari, indictam in Constitutionibus Apostolicis. 2. *Augusti*, 174

## PONTIFICATUS ANNO XVIII.

